http://rcin.org.pl

Nh 262

Fol. 61

4070

http://rcin.org.pl

STADTBIBLIOTHEK STETTIN.

http://rcin.org.pl

K.15124.

August: Joh: Roesel Inv: et pinx: *M. Tyroff sculp:*

http://rcin.org.pl

HISTORIA NATVRALIS
RANARVM
NOSTRATIVM

IN QVA

OMNES EARVM PROPRIETATES,

PRAESERTIM

QVAE AD GENERATIONEM IPSARVM PERTINENT,

FVSIVS ENARRANTVR.

CVM PRAEFATIONE

ILLVSTRIS VIRI

ALBERTI v. HALLER

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARVM GOETTINGENSIS PRAESIDIS.

EDIDIT

ACCVRATISQVE ICONIBVS ORNAVIT,

AVGVSTVS IOHANNES ROESEL von ROSENHOF.

NORIMBERGAE, Typis IOHANNIS IOSEPHI FLEISCHMANNI.

Die

natürliche Historie

der

Frösche hiesigen Landes

worinnen

alle Eigenschaften derselben,

sonderlich

aber ihre Fortpflanzung,

umständlich beschrieben werden.

Mit einer Vorrede

Herrn Albrechts von Haller,

Präsidentens der Königlich-Göttingischen Gesellschaft der Wissenschaften.

Herausgegeben und mit zuverlässigen Abbildungen gezieret

von

August Johann Rösel von Rosenhof.

Nürnberg, gedruckt bey Johann Joseph Fleischmann. 1758.

STADTBIBLIOTHEK STETTIN.

STADTBIBLIOTHEK STETTIN.

POMMERSCHES MUSEUM.

http://rcin.org.pl

INSTYTUT ZOOLOGICZNY
POLSKIEJ AKADEMII NAUK
BIBLIOTEKA
Nr K.15124

Z. 227/58

http://rcin.org.pl

ILLVSTRIS VIRI

ALBERTI v. HALLER,

SOCIETATIS REGIAE GOETTINGENSIS PRAESIDIS,

PRAEFATIO.

Etſi in vniuerſum ſuperbiam inter virtutes minime numeramus; eſt tamen humilitas, quae inter maxima vitia cenſeri meretur, et qua de patria noſtra humiliter ſentimus.

Ridiculus vtcunque faſtus eſt, quo elatae pleraeque gentes, ſe ſuper reliquos mortales ponunt; et ad ſatyram pertinet externarum gentium contemtus, qui *Sinenſibus*, ſed non ſolis, familiaris eſt. Nam etiam in moratiori noſtra *Europa* ii populi, quos opulentia ſua et numeroſus miles, ab aliis imperiis tutos, vicinis vero formidabiles facit, in vniuerſum gentes alias, aut minori potentia militari armatas, aut vnice minus aliquanto lepidas, artibusue leuioribus minus indulgentes, inter barbaras referunt, et ſuperciliose deſpiciunt. Grauis ſatis is faſtus mihi contigit, quo tempore per pulchriorem *Europae* partem iter feci. Plerique equidem florentiſſimi imperii incolae, et reliqua regna, et ipſos etiam eorum regnorum ciues, minime diſſimulato contemtu excipiebant. Nihil praeter ſuum imperium pulchrum, nihil magnum, nihil forte, nihil denique perfectum aut naſci, aut fieri, quotidie geſtu, voce ſcriptoque declarabant. Simpliciter denique et absque erroris metu, viri non de vulgo, non de indocta nobilitate, ſed de principum ingeniorum ſelectu, paſſim pronunciabant, extra ſuam gentem absque vitio ſcribi non poſſe; ordinem, methodum, limpiditatem dictionis, ſuas eſſe virtutes, non aliis conceſſas gentibus. Laborem, compilationem, aliquando etiam, quam vocant, profunditatem, vicinis ſuis, tanquam junioribus fratribus, ipſi primogeniti naturae filii, pro ſua aequitate dimittebant; ſibi vero eam judicii vim ſumebant, quae nihil nimii, nihil parui, nihil negligentioris in ſcripta ſua admittat. Neque nunc, poſt triginta annos, ejus gentis de aliis populis judicia mitiora facta ſunt.

Sed

Herrn

Albrecht von Haller,

Präſidentens der Königlich-Göttingiſchen Geſellſchaft der Wiſſenſchaften,

Vorrede.

Sie wir den Hochmuth überhaupts für keine Tugend halten: ſo giebt es auch eine Demuth, welche, weil ſie vom Vatterland eine nur niederträchtige Meinung heget, unter die gröſten Laſter gerechnet zu werden verdienet.

Der Stolz wovon die meiſten Völker ſo ſehr aufgeblaſen ſind, daß ſie ſich über alle andere Menſchen erheben, iſt lächerlich, und die bey den Chineſern ſo gemeine Verachtung ausländiſcher Völker ſpottens werth. Doch dieſe Schwachheit findet ſich bey den Chineſern nicht alleine: denn auch in unſerem mehr geſitteten Europa, pflegen diejenigen Völker, welche wegen ihres Reichthums und wegen ihrer zahlreichen Armeen, für andern Reichen ſicher und den Nachbaren fürchterlich ſind, alle übrige Völker die ihnen an Macht nicht gleichkommen, oder etwas weniger Artigkeit, und nicht ſo viel Achtung für eitle Künſte haben, als Barbaren anzuſehen, und hochmüthig zu verlachen. Dieſer Stolz war mir faſt unerträglich, als ich den ſchöneren Theil von Europa durchreiſete. Die meiſten Einwohner eines im höchſten Flor ſtehenden Reiches, bezeigten gegen die übrigen Reiche und derſelben Einwohner, ganz ohne Scheu, nichts als Verachtung. So gar durch ihre Minen, Reden und Schriften gaben ſie täglich zu erkennen: auſſer ihrem Reich ſeye nichts Schönes, nichts Groſſes, nichts Tapferes anzutreffen; und anderswo könne nichts Vollkommenes zum Vorſchein kommen, oder zu Stande gebracht werden. Ja ſolche Männer die nicht zum Pöbel, nicht zum ungelehrten Adel; ſondern unter die ſeltenſten und gröſten Geiſter gehörten, behaupteten hin und wieder: bey ihnen nur könne man untadelhaft ſchreiben; die Ordnung, die richtige Lehrart, die flüſſige Deutlichkeit, ſeye nur ihr Eigenthum, und kein anderes Volk habe an allen dieſem einigen Anſpruch zu machen. Zwar hatten ſie hiebey noch ſo viel Billigkeit, daß ſie, als die erſtgebohrne Söhne der Natur, ihren Nachbaren, welche ſie doch noch als ihre jüngere Brüder anſahen, für arbeitſam, für gute Sammler und für, von ihnen ſo genannte, tiefſinnige Leute gelten lieſſen; ſich ſelbſten aber eigneten ſie eine ſolche Fähigkeit im Urtheilen zu, vermöge welcher ſie in ihren Schriften alles Ueberflüſſige, alles Geringſchäzige, alles Leichtſinnige zu vermeiden wüſten. Und auch jezt noch, nach bereits verfloſſenen dreyſig Jahren, pfleget die-

http://rcin.org.pl

Sed etiam his non valde certe benignis cenſuris, amarior mihi accidebat eorum hominum miſericordia et animi liberalis aequitas, qua noſtra ingenia, noſtras virtutes, pro bonitate ſua tolerabant, vt tamen ſentires, non meritis ſuis alienarum gentium ciues, ſed indulgentiae politiſſimi populi, mollius id judicium debere.

Non juſta ſatis haec mihi celebratae gentis faſtidia videbantur. Verum aequus intelligebam tamen, hanc de ſuis rebus opinionem ipſi genti vtiliſſimam, et maximorum commodorum cauſſam eſſe.

Et humiliores quidem illae, ſed lucroſae artes, quarum operibus Imperii diuitiae ſtant et robur, et ſublimiores aliae, quae ingenia expoliunt; perinde fere in praemiorum ratione ſunt. Ita comparati ſunt hominum animi, vt ſpe regantur metuque. A vitiis metu fere abſterrentur aut poenae, aut infamiae; ad virtutes et induſtriam, ſpe et commodo proprio accenduntur; aufer ea, pigro certe in aequore, ad modum nauigii, immotus ſtagnabit hominum animus, et vetuſta ingenioſi viri exſtat ſententia, meticuloſum fore quemque mortalium ſi quid auderet. Eam ergo gentem reliquas ſuperaturam arbitor, quae induſtriae, fortitudini, ingenio, maxima proemia proponit. Militaris virtutis apud *Romanos* gloriam, ſed ſummam, ſed popularem ſed ſolam pariebat, eo tempore quo pura luxu ciuitas diuitiis facile carebat, neque alio ſtimulo mentes *Quiritum* agitabantur, quam honorum ad quos virtus ducebat. Ita effectum eſt, vt res romana vniuerſis gentibus ſuperior euaderet. Accenſis ad eam gloriam animis neque militaris *Graecorum* diſciplina, neque barbara *Gallorum* fortitudo, neque *Aſiaticorum* immenſus numerus, neque *Poenorum* diuitiae pares fuerunt.

Quae ambitionis ad virtutes ciuiles excitandas vis eſt, eadem lucri ad accendendam induſtriam eſt potentia. Mortales ſponte pigri ad laborem, ad aemulationem, ad elaborationem indefeſſam perfecti operis vnice fere ea ſpe incitantur: quodcunque ſuae quieti juuenilibus annis detraxerint, id omne rei acceſſurum familiari, qua ipſa omnia vitae commoda, et beatum denique ſenium ſibi emant. Aufer hanc exſpectationem, continuo videbis aratra deſeri, et telas imperfectas ſuſpendi, et nauium curſus inhiberi, et de ea gente induſtriam, ſolertiam, pertinaciam laboris operumque perfectionem fugere, a qua lucri ſpem abegeris.

Facile

dieſes Volk, von andern Völkern kein gelinderes Urtheil zu fällen.

Noch unerträglicher fiel mir, bey dieſen gewis nicht glimpflichen Vorwürffen, das Mitleiden und die redliche Billigkeit derjenigen, welche aus Gütigkeit gegen uns, unſeren Verſtand und unſere gute Gaben, zwar noch etwas gelten lieſſen; ſich aber dabey ſo bezeigten, daß man deutlich wahrnehmen konnte, wie die Mitglieder anderer Völker, dieſes für ſie ſo geneigte Urtheil, nicht ihren Verdienſten; ſondern einig und alleine, der gelinden Nachſicht eines ſo ausnehmend höflichen Volkes zuzuſchreiben hätten.

So unbillig mir dieſes übertriebene Verfahren eines ſonſt ſo berühmten Volkes zu ſeyn ſchiene: ſo ſahe ich doch zugleich gar wohl ein, daß ihm ſeine Eigenliebe höchſtens nüzlich und eine Quelle der gröſſeſten Vortheile wäre.

Die niedrigern aber einträglichen Künſte, welche die Quellen des Reichthums und die Stüzen der Macht eines Reiches ſind, haben in Anſehung der Belohnung, zu jenen höheren die den Verſtand ſo beſſern als zieren, einerley Verhältnus. Hoffnung und Furcht beherrſchen der Menſchen Gemüther. Die Furcht für Strafe oder Schimpf hält ſie von den Laſtern ab; Hoffnung und Eigennuz reizet ſie hingegen zur Tugend und Arbeit an: ohne dieſe wird ihr Geiſt, gleich einem Schiff im Eismeer, ſtille liegen; und nach der Meinung eines alten Gelehrten, iſt jeder Menſch bey ſeinen Unternehmungen furchtſam. Eben daher aber glaube ich: nur dasjenige Volk, welches dem Fleis, der Tapferkeit, dem Wiz und Verſtand, die beſten Belohnungen beſtimmet, werde ſich für andern empor ſchwingen. Als die Römer die Schwelgerey noch verabſcheueten; als ſie die Reichthümer verſchmeheten, und nur nach ſolchen Ehren ſtrebten, welche der Tugend Früchte ſind; war der Ruhm der höchſten Tapferkeit im Kriegen ihr allgemeines Eigenthum, und nur hierdurch machten ſie ſich alle Völker unterwürfig. Ihrem einig und alleine nach Ehre und Ruhm ſtrebenden Eyfer, konnte weder die Kriegswiſſenſchaft der Griechen, noch der wilde Muth der Gallier, noch die unzähliche Menge der Aſianer, noch der Reichthum der Corinthier etwas abgewinnen.

So ſehr die Ruhmbegierde zu den bürgerlichen Tugenden anreizet: ſo mächtig iſt der Trieb der Gewinnſucht in Erregung der Arbeitſamkeit. Nur blos die Hoffnung: wer der Ruhe in der Jugend nicht achte, der ſammle Schätze, vermittelſt welcher er, im Alter, um ſo viel gemächlicher und vergnügter leben könne, macht, daß die von Natur trägen Menſchen der Arbeit obliegen; andern nachzueyfern ſich beſtreben, und mit unermüdetem Fleis etwas Vollkommenes zu Stand zu bringen ſich bemühen. Hätten ſie dieſe nicht, ſo ſtünde der Pflug ſtille; die Werkſtätte würden ruhen; die Schiffe im Hafen liegen, und von einem Volk, welches weder Nutzen noch Vortheil zu hoffen hat, wird kein Fleis, keine Geſchicklichkeit, kein eyfriges Beſtreben etwas Vollkommenes auszuführen, zu erwarten ſeyn.

Der

http://rcin.org.pl

Facile ea praeuides, Lector amice, quaecunque his principiis ſim ſuperſtructurus. Eam nempe gentem plurimum et induſtria valituram et bellica virtute, et ingenio demum, quae ſe ipſam amauerit, quae ſuos ciues laudauerit, quae merces proprio in gremio natas, peregrinis praetulerit, quae ſuorum ſcriptorum ingenia majoris fecerit, quae denique, vt vno omnia comprehendam verbo, opinionem de ſuis rebus ſuisque ciuibus, conceperit maximam.

Contrarios oppoſiti vitii effectus fore absque demonſtratione intelligitur. Si quae gens ſuorum artificum opera ſpreuerit, ſi ſuos poetas deriſerit prior, ſi aliena opificia, et nata extra ſuos limites ingenia laudauerit; ei inquam genti, ajo, neque ingenia fore, neque induſtriam, neque mercaturam, neque opes adeo, neque vires, neque aut ingenii laudem aut ſolertiae.

Non obſcurum eſt quam gentem haec tangant conuicia. Eſt in *Europa* immenſa natio, induſtriae ſummae, laboris ſupra alias patiens, diues inuentis, ingeniorum gloria nulli inferior, voluptati mediocrius dedita, inter fortes fortiſſima; et ea tamen gens ſe ipſam deſpicit, ſe odit, aliena omnia emit, laudat, imitatur: neque culte ſe veſtri putat, neque laude exceptam dapibus, neque potam luculente, neque commodis aedibus inſtructam, niſi ab aliis, et hoſtilibus ſane populis, veſtes, vina, coquos, ſartores, pannificia, architectos caro redemerit. Eadem gens alieni ingenii dotes effert vnice, poetas, qui alia lingua cecinerunt, pictores, extra ſinum ſuum nutritos, ſcriptores, ſi diis placet, rerum propriarum, etiam vitioſiſſimos, etiam infideles, etiam ſibi iniquos, ſolos legit, emit, admiratur.

Manifeſta ſunt, quae haec, magnatibus potiſſimum familiaria, de ciuibus ſuis judicia ſequantur. Languent artes, ſubſiſtit intra vulgatiſſima et quotidiana, induſtria artificum, ingenia ipſa ad ea quae vitam hactenus alunt, ad inſtituendam iuuentutem, ad compilandum, ad libros vertendos deprimuntur: ita alis quaſi praeciſis, ad omnia magna natae gentis vires humi repunt, et aliarum nationum ingenia, induſtria artesque excitantur et increſcunt. Ideo ab ea gente academiae, quales majoribus auſpiciis alere oportet, abſunt, et artes, quaecunque publicis praemiis indigent majoreque ſumtu, in elementis languent; ideo innumerabiles et ſummae induſtriae ciues in ſculptura, in pictura in re ſtatuaria, vix quidquam pariunt aut grande aut nouum; neque ad epica carmina, et tragoedias, aliaque majora ingenii humani tentamina hactenus adſpiratum eſt. Ad ea omnia ſatis eſt, in ea ſemper gente, quam amo dum caſtigo,

Der geneigte Leſer wird leicht einſehen, was ich auf dieſen gelegten Grund aufzuführen vorhabe. Dasjenige Volk, welches ſich ſelbſt liebet, ſeine Mitbürger erhebet; ſeine eigene Waaren den frembden vorziehet, ſeine Scribenten hochachtet, und daß ich mit wenigem alles ſage, von ſich und dem Seinigen die beſte Meinung heget, wird alle andere an Fleis, Tapferkeit, Witz und Verſtand weit übertreffen.

Wo ſolches nicht geſchiehet, wird von allem dieſen gerade das Gegentheil wahrzunehmen ſeyn. Bey einem Volk, welches ſeiner Künſtler Werke verachtet; ſeiner Poeten zu erſt ſpottet; frembde Arbeit und ausländiſche Gelehrte vorzüglich tobet: kan ſich weder Wiſſenſchaft noch Fleis, weder Handlung noch Reichthum, weder Muth noch Tapferkeit, weder Witz noch Aemſigkeit finden.

Was dieſes für ein Volk ſeye dem dergleichen Vorwürfe gemachet werden können, iſt leicht zu errathen. Es lebt in Europa eine groſſe Nation, die es an Fleis und Arbeitſamkeit allen andern zuvorthut; ſie iſt reich an Erfindungen; giebt keiner an Gelehrſamkeit etwas nach; achtet der Wollüſte wenig, und kan unter den tapfern den Ruhm der tapferſten behaupten. Dieſes Volk verachtet ſich ſelbſt, es haſſet ſich; kauft, lobt und ahmet nur blos was fremde heiſſet nach. Es glaubet ſich weder wohl zu kleiden, noch etwas niedliches eſſen, noch etwas köſtliches trinken, noch bequem wohnen zu können, wenn es nicht ſeine Kleider, ſeine Weine, ſeine Köche, ſeine Schneider, ſeine Tücher, ſeine Baumeiſter, mit groſſen Koſten aus andern, und wohl gar von Feinden bewohnten Ländern kommen läßt. Eben dieſes Volk erhebt einig und alleine den Witz und Verſtand der Ausländer; die Poeten, welche in frembden Sprachen ſchreiben; die ausländiſchen Mahler; die ſeine eigene Geſchichte auf das fehlerhafteſte, ungetreueſte und gehäſſigſte vortragende elende Scribenten, werden nur alleine von ihm geleſen, gekauft und bewundert.

Was dieſe, bey den Groſſen vornehmlich ſo gemeine Geringachtung der Landsleute für Folgen habe iſt offenbar. Künſte und Wiſſenſchaften liegen danieder; der Fleis der Künſtler liefert nur was Gemeines, was Alltägliches; die Gelehrten ſehen ſich gezwungen durch Unterrichtung der Jugend, durch Zuſammenſchreiben, durch Ueberſetzen ihren Unterhalt zu erwerben, und ſo mus ein zu allen groſſen Unternehmungen tüchtiges Volk, bey ermanglenden Schwingen, im Staub kriechen; wenn im Gegentheil die Gelehrſamkeit, der Fleis und die Künſte anderer Völker ſo viel Beförderung genieſſen, daß ſie immer mehr und mehr wachſen und zunehmen. Daher findet man auch bey dieſem Volk keine durch höheren Schutz zu unterhaltende Academien oder gelehrte Geſellſchaften, und die Künſte, welche öffentliche Belohnungen verdienten, ſonder groſſe Koſten aber nicht wohl getrieben werden können, liegen ohne alle Hoffnung einiger Verbeſſerung danieder; eben deswegen wird auch von einer ſo unzählbaren Menge der arbeitſamſten Bürger, im Kupferſtechen, in

)( )(der

http://rcin.org.pl

castigo, solertiae, ingenii, laboris; deest autem in Principibus, in Magnatibus, in ditioribus ciuium is patrae amor, qui norit sua laudare dona, sua sibi et domestica gloria placere.

Verum ejusmodi quidem Reges et Principes nostris desideriis de coelo euocare non licet: id solum supereſt, vt docti certe viri, et scriptorum judices censoresque, suorum ciuium famam sibi sinant esse commendatam, suoque suffragio porro velint adjuuare. Ita quidem semper fui animatus, vt ingenium, virtutem, industriam in quacunque gente amarem, laudaremque; in nostra tamen, inque meis ciuibus, majori cum affectu extollerem, et tanquam cognata mihi, partemque mei, iis, quae mihi sola supersunt, officiis sustentarem.

Ergo, quasi mea subesset aliqua industria, exsultaui olim, et BERNOVLLIORVM ingeniis et EVLERORVM calculis, et GESNERIANA dictione eruditioneque, et musa KLOPSTOCKII, et sermonibus JERVSALEMI, et laboriosis POTTII crucibulis, et MEKELII scalpello, et PREISLERI scalpro, et EHRETII penicillo.

Eo verior vero ingeniorum in *Germania* laus est, quo magis proprio vnice ardore, exiguis plerumque praemiis propositis nullisue, ad excellendum incitantur.

Vides amice Lector quam vicina scopo haec mea sit oratio. Egregii Viri, et suam merendo nobilitatem adepti, opus, mea praefatione comitor, AVGVSTI JOHANNIS ROESEL DE ROSENHOF. Dudum ille propria veri cupidine vnice animatus, inter debilitati corporis varios languores, a nullo aut Principe adjutus, aut Maecenate, ad historiam naturalem ornandam accessit. Difficilem ejus partem, insectorum nempe tribum, sibi sumsit, non minus de ea meriturus, quam in *Italia* VALISNERIVS, in *Gallia* RENATVS ANTONIVS FERCHAVLT DE REAVMVR, in *Heluetia* ABRAHAMVS TREMBLEY et CAROLVS BONNET, in *Suetia* CAROLVS DE GEER. Nam aliorum inter exteros scriptorum industriam facile supergressus est, neque a summi olim his in rebus Auctoris JOHANNIS SWAMMERDAM solertia longe distant, quae noster ad polyporum historiam addidit, hactenus celebribus his, quos laudaui viris, latius meritus, quod mores naturae et obseruauerit, et felicissimo penicillo expresserit, quo qui-

der Mahlerey, in der Bildhauerkunst, kaum etwas grosses oder neues ausgefertiget; an Heldengedichte aber, an Trauerspiele und an andere grosse Werke des Witzes, hat man sich bisher fast nicht gewaget. Und doch fehlt es diesem Volk, welches ich ungeachtet meines Tadels dennoch liebe und achte, zu allem diesen, weder an Fähigkeit noch an Witz, noch an Fleis; bey den Fürsten hingegen, bey den Grossen und Reichen mangelt es an derjenigen Liebe des Vatterlandes, welche ihre eigene Güter zu schätzen weis, und in ihrem und der ihrigen Ruhm ihr einiges Vergnügen findet.

Doch durch unsere Wünsche werden wir keine solche Könige und Fürsten vom Himmel erhalten; eben deswegen aber bleibet uns nur dieses übrig, daß sich die Gelehrten nebst denjenigen, so anderer Werke zu beurtheilen im Stand sind, den Ruhm ihrer Landsleute anbefohlen seyn lassen, und selbige mit ihrem Beyfall unterstützen. Was mich anbelanget, so habe ich den Witz, die Tugend, den Fleis eines jeden Volkes allezeit hochgeachtet und gepriesen, bey meinen Landsleuten aber mit dem größten Vergnügen gelobet und nach meinem Vermögen, als etwas so mich ganz nahe angehet, als einen Theil meines Eigenthumes, mit aller Dienstgeflissenheit zu befördern gesuchet.

Eben daher habe ich den Geist der Bernoulli, die Rechnungen der Euler, die Beredsamkeit und grosse Wissenschaft eines Gesners, die Muse eines Klopstocks, die heiligen Reden eines Jerusalems, die chemischen Arbeiten eines Potts, das Scalpell eines Meckels, den Grabstichel eines Preislers und den Pinsel eines Ehrets, frolockend und als ob ich Theil daran zu nehmen hätte, bewundert und gepriesen.

Die Gelehrten und Künstler der Deutschen aber verdienen um so viel mehr Lob; je mehr dieselben, aus eigenem Trieb, sollten sie auch gleich nur eine geringe, ja gar keine Belohnung zu hoffen haben, es andern bevorzuthun sich bemühen.

Der geneigte Leser wird leichtlich merken, wohin das, was ich hier vorgebracht habe, abziele. Ich schreibe eine Vorrede zu einem Werk unseres vortrefflichen und sich durch seine Kunst selbst adlenden Herrn August Johann Rösels von Rosenhof. Es hat sich selbiger bereits seit geraumer Zeit, aus Liebe zur Wahrheit, ungeachtet seiner schwächlichen Gesundheit, ohne von irgend einem Fürsten oder Mäcenaten unterstützet zu werden, angelegen seyn lassen, zur Verbesserung der Naturhistorie das Seinige beyzutragen. Sein Fleis hat sich einen schweren Theil derselben, die Familie der Insecten, gewählet, und er wird sich um selbige eben so verdient machen, als Valisneri in Welschland, Renatus Antonius Ferchault von Reaumur in Frankreich, Abraham Trembley und Carl Bonnet in der Schweiz, und Carl de Geer in Schweden: denn anderer ausländischer Scribenten Fleis, hat er längstens mit seiner Kunst und Arbeit übertroffen; die Wahrnehmungen aber womit er die Historie der Polypen bereichert, geben den Bemühungen, des in dergleichen Dingen ehedem vortreffli-

http://rcin.org.pl

quidem praeter SWAMMERDAMIANAS tabulas vix quidquam poteſt comparari. Demum in animalium quadrupedum frigidi ſanguinis hiſtoria, ita verſatus eſt, vt ante eum nemo. Ejus operis priorem partem editam laudamus, alteram, qua lacertarum familia continetur, exſpectamus auidi. Ranarum certe indigenarum ſpecies omnes, a prima euolutione ad vltimum adulti animalis officium, nempe ad generationem ſobolis, ita eſt proſecutus vt mores, cibum, anatomen animalis ſedulo et candide deſcripſerit. Mihi vero dudum ii ſoli libri videntur aut legi mereri, aut laudari, qui propria ex auctoris induſtria, ad naturae exploratae contemplationem nati ſunt.

Tria fere contraria vitia huic laudi opponuntur, quorum alterum *Germanis* ſolent exprobrare exteri; alterum ingenioſis hominibus et hoc ſeculo etiam magis proprium eſt; tertium fere omnes gentes tangit aequaliter.

Nempe in gente laborioſa ſed modice diuite, cum Principes ſumtus experimentorum ceſſarent ſuppeditare, neque aliis praemiis priuatorum hominum ſtudium rependerent, neque anatomicis laboribus theatra ſatis numeroſa aut inſtructa paterent, neque noſodochiorum ad deſcribendos morbos eſſet abundantia, neque horti regiis opibus ad rem herbariam ornandam colerentur, neque inſtrumentum experientiae phyſicae eruditis hominibus publice exhiberetur: factum eſt vtique, vt multi ſcriptores, ex aliorum commentariis, rerum naturalium hiſtoriam colligerent, ſibique ordinem fere ſolum compilatae ſuppellectilis proprium ſeruarent. Id vitium, vti diſſimulari nequit, ita contrariis certe exemplis abunde compenſatum eſt, ipſumque proprium fere *Germaniae chemiae ſtudium* demonſtrauit, naturam perinde a noſtris amari, quoties res familiaris ipſi excolendae ſufficeret. Porro eo etiam ſaeculo, quo PAVLLINI aliique compilatores, animalium et plantarum deſcriptiones adeo humiliter ex alienis opibus congerebant, exſtiterunt tamen GVERICKII, HEVELII, HERMANNI, WEPFERI, RAVII aliique, etiam numero ſuo patriam vindicaturi, ſua in arte principes viri. Deinde, quam primum bonis artibus ſubſidia publice reddita ſunt, nulla certe gens ſupra Germanos in natura cognoſcenda eminuit; ſiue ſtellarum itinera accurate contemplari jubeas, ſiue experimentis naturam fatigari, ſiue artificioſe corpora hominum et animalium diſſecari, ſiue plan-

trefflichen Swammerdams wenig nach, ja vor der bereits angeführten berühmten Leute Verdienſten, ſind die ſeinigen deswegen vorzüglich zu ſchätzen; weil er nicht nur alleine die Natur genau beobachtet, ſondern auch durch ſeinen Pinſel ſo wohl nachgeahmet hat, daß, auſſer den Tafeln des Swammerdams, ſeiner Arbeit nichts verglichen werden kan; die Hiſtorie der Thiere aber, welche ein kaltes Blut belebet, iſt vor ihm von niemanden in ein ſolches Licht geſetzet worden. Dieſer erſte Theil derſelben verdienet alles Lob; und dem andern, worinnen die Eydexen beſchrieben werden ſollen, ſehen wir mit Verlangen entgegen. Alle Arten der inländiſchen Fröſche hat er vom Urſprung an bis zu ihrem vollkommenen Alter, in welchem ſie ihr Geſchlecht fortzupflanzen tüchtig ſind, ſo beſchrieben, daß er uns von ihren Eigenſchaften, von ihrer Speiſe, und von ihrem Bau, die genaueſte und deutlichſte Nachricht gegeben. Ich aber habe allezeit nur diejenigen Bücher für leſens- und lobenswürdig gehalten, welche des Verfaſſers eigener, auf eine genaue Betrachtung der Natur ſich gründender Fleis hervorgebracht hat.

Dieſes Lob wird insgemein durch drey Fehler verdunkelt. Der eine pfleget den Deutſchen von den Ausländern vorgeworffen zu werden; der andere iſt den Gelehrten ſonderlich zu unſeren Zeiten eigen, und der dritte findet ſich faſt bey allen Völkern.

Da es bey den Deutſchen, einen zwar arbeitſamen aber mittelmäßig reichen Volk, langſam hergieng, bis die Fürſten und Könige auf ihre Koſten Verſuche anzuſtellen veranſtalteten, und der Privatleute Fleis kaum einige Belohnung zu gewarten hatte; da es weder genug, noch auch wohlverſehene anatomiſche Bühnen gab; da es an Spitälern mangelte, um in ſolchen eine vollſtändige Kenntnus der Krankheiten zu erlangen; da keine Gärten zur Beförderung der Kräuterkunde auf Königliche Koſten angeleget wurden; da man den Gelehrten die nöthigen Werkzeuge phyſiſche Verſuche anzuſtellen, auf gemeine Koſten zu verſchaffen unterlies: ſo haben freylich viele Scribenten, aus anderer Nachrichten, eine Naturhiſtorie zuſammengetragen und ſich alſo, von ihren geſammelten Schätzen, nichts als die Ordnung zuſchreiben können. Alleine dieſer Fehler, welcher nicht zu laugnen, iſt durch gegenſeitige Exempel überflüßig erſetzet worden, und die den Deutſchen faſt allein eigene Chemie, kan genugſam beweiſen, daß wir, wenn es nur unſer Vermögen erlaubt, gleich andern, der Natur nachzuforſchen im Stande ſind. Ja zu derjenigen Zeit, da ein Paullini nebſt andern, die Hiſtorie der Thiere und Pflanzen, auf das niederträchtigſte aus andern zuſammenſchrieb, gab es doch auch einen Guericke, einen Hevel, einen Hermann, einen Wepfer, einen Rau, und noch mehrere, deren jeder in ſeiner Kunſt ein Meiſter heiſſen konnte, und deren Anzahl ſo gros war, daß ſie allerdings den Ruhm ihres Vatterlands zu behaupten im Stand waren. So bald aber nachgehends die

http://rcin.org.pl

plantas in agro, inque horto laborioſe colligi et ſtudioſe deſcribi, ſiue igne variam materiam torqueri, ſiue medicinam nouis medicaminibus augeri velis.

Alterum gentium ingenioſarum vitium eſt, ſolis rationibus, & ampliſſima ſuarum cogitationum periphraſi, et vagis et infra plenam veritatem ſubſiſtentibus rerum ideis, & ſemifirmis hypotheſibus libros explere, quibus pura dictio, aut periodorum ingenioſus nitor pretium addat. Perinde mihi hoc librorum genus inutile videtur, quo non res ipſae, ſed auctorum ſuorum de rebus opiniones continentur. Ingenii ſcilicet quam in compilatoribus hic plus eſt, vtilitatis forte minus. Illi enim omnium conuiciis exagitati collectores vtiliſſimas ſaepe rerum memorias conſervant, quas laborioſe inuenires, ſi absque ipſis foret, et commodos eorum indices nobis praeſtant, quae de quaque re apud innumerabiles ſcriptores dicta fuerunt. Deinde a compilatoribus non perinde ad erroneas opiniones deducimur, vt quidem ab illis ingenioſis naturae non viſae imitatoribus, qui in rem naturalem poeticam libertatem traducunt.

Non minus denique, et atrocius pene vitium eſt, quando obſeruatae equidem naturae hiſtoria promittitur, et tamen praeceps auctoris imperitia alienos a veris euentus, neque rem ipſam expreſſurum ſermonem audax proponit. Non pauci fuerunt eiusmodi miraculorum venatores, aut infidi operum diuinorum contemplatores, qui figuras et deſcriptiones temerarii ediderunt, quas veras credas, niſi cum natura comparaueris.

Aliena ab his malis ſunt, quaecunqne nobilis Auctor edidit. Sua ſola, et naturae fidelem picturam offert, artificio vero aut diſſectricis manus, aut nitidi penicilli, aut intenti armatique oculi, nemini ſe ſecundum praeſtitit, neque quidquam ſupereſt dubii, quin hic labor inter claſſicos naturalis hiſtoriae libros honoratum locum ſit tuiturus.

Bernae d. 26. Ianuarii 1758.

ALBERTVS v. HALLER
Societatis Regiae Scientiarum Goettingenſis Praeſes.

Künſte und Wiſſenſchaften durch gemeine Koſten unterſtützet wurden, hat es in Erkenntnus der Natur gewis kein Volk den Deutſchen gleich gethan: wie es ihnen denn an einer genauen Kenntnus des Laufes der Geſtirne, an Fleis die Natur durch Verſuche müde zu machen; die Körper der Menſchen und Thiere künſtlich zu zerlegen; die in Feldern und Gärten wachſende Pflanzen zu ſammeln und genau zu beſchreiben; mancherley Körper durchs Feuer zu unterſuchen, und in der Arzeney neue Hülfsmittel zu entdecken, ganz und gar nicht fehlet.

Der andere bey witzigen Völkern ſich findende Fehler beſtehet darinnen, daß ſie ihre Schriften nur blos mit eigenen Meinungen, mit weitläuftig umſchriebenen Gedanken, mit flüchtigen, unzureichenden falſchen Begriffen und auf ſchwachen Gründen ſtehenden Hypotheſen anfüllen, welchen eine reine Schreibart, oder die von Witz gleiſſende Perioden, erſt einen Werth geben müſſen. Dieſe Art von Büchern, worinnen man nicht die Sachen ſelbſt, ſondern nur ihrer Verfaſſer Meinungen von den Sachen findet, ſcheinen mir gleich wenig Nutzen zu haben. Man trifft zwar in ſelbigen mehr Witz, als in den aus andern zuſammengetragenen Schriften an, keineswegs aber ſchaffen ſie uns mehr Vortheil: denn jene insgemein ſo ſehr verachtete Sammler, erinnern uns doch vielmals der nützlichſten Dinge, welche wir, ohne ihre Beyhülfe, öffters mit der gröſten Mühe kaum ausfindig machen würden; auch geben ſie uns bequeme Verzeichniſſe alles desjenigen, was unzählige Scribenten, von jeder Sache geſaget und geſchrieben haben; überdem aber ſo verführen ſie uns nicht ſo ſehr zu irrigen Meinungen, als wohl diejenige, welche die ihnen niemals zu Geſichte gekommene Natur nachahmen wollen, und ſolche mit einer poetiſchen Freyheit auszuſchmücken ſich heraus nehmen.

Kein geringerer, ja vielmehr ein noch ſchädlicherer Fehler iſt es, wenn uns ein Schriftſteller, zwar eine Geſchichte der von ihm genau beobachteten Natur verſpricht, aber ſtatt der wahren, falſche Begebenheiten, mit ſolchen Worten, welche ganz was anders anzeigen als ſie ſagen ſollen, auf das verwegenſte vorträgt. Dergleichen nur dem Wunderbaren nachjagende und die Werke GOttes flüchtig hin betrachtende Naturforſcher, die ſich ſogar erkühnet haben ſolche Abbildungen und Beſchreibungen heraus zu geben, welche man, wenn ſie nicht nach der Natur unterſuchet würden, für wahr halten ſollte, haben ſich genug gefunden.

Von allen dieſen Fehlern iſt unſer trefflicher Autor in dem was er herausgegeben frey. Er giebt nichts als was ſein eigen iſt, und ſchildert uns die Natur auf das getreueſte; in der Kunſt aber die Körper zu zergliedern, den Pinſel geſchickt zu führen, oder die Körper auf das genaueſte mit dem Vergröſſerungsglas zu betrachten, weichet er niemanden: daher denn auch ganz und gar nicht zu zweifeln, daß ſein Werk den ihm, unter den beſten Schriften von der Naturhiſtorie, gebührenden Platz, nicht auf beſtändig behaupten ſollte.

http://rcin.org.pl

HISTORIA NATVRALIS
RANARVM NOSTRATIVM.

Oder

Die Natürliche Historie der Frösche hiesiges Landes.

http://rcin.org.pl

http://rcin.org.pl

PRAEFATIO.

Postquam varia animalia, atque inter illa ea praesertim, quae antiquitus iam ex putredine oriri credebantur, accuratius contemplatus sum penitiusque examinaui: in scrutatorum rerum naturalium eam non potui non transire sententiam, qua statuunt, omnia non solum animalia, sed ipsam etiam inter res creatas nobilissimam, hominem, suam ex ouo ducere originem. Quod ad hunc attinet, recentiores quidem inuenere Physici, esse bina illa corpora globosa, quae in foeminarum abdomine prope vterum haerent, quaeque veteres earum appellarunt testiculos, variorum ouulorum receptacula, vel ipsa potius ouaria, a quibus, post praeuiam impraegnationem, ouulum vtplurimum vnum, interdum duo, nonnunquam tria, rarius autem plura soluantur; per tubas vterinas ipsum in vterum deferantur, ibidemque tamdiu morentur, donec foetus in ipsis latitans, omni ex parte perfectus, ruptis membranis quae ouulum formabant, viuus nascatur. Eadem etiam ratione res se habet cum quadrupedibus nonnullisque aliis animalibus; reliqua e contrario omnia nunquam foetum suum

Vorrede.

Die genäuere Betrachtung und Untersuchung verschiedener lebender Creaturen, sonderlich aber solcher von denen man von langen Zeiten her geglaubet hat, daß sie aus der Fäulnus entstünden, hat mich so viel gelehret, daß ich allerdings denjenigen Naturforschern beystimme, welche behaupten, daß alle Thiere, und so gar auch die edelste unter den lebendigen Creaturen, der Mensch, aus einem Ey gebohren werden. Was den Menschen anbelanget, so haben die Naturkündiger neuerer Zeiten entdecket, daß diejenigen beeden runden Körper, so in dem Leib der Weiber nicht weit von der Bärmutter befindlich sind, und von den Alten für die Geilen derselben gehalten worden, eigentlich ein Behältnus verschiedener Eyer, oder ihre Eyerstöcke seyen, von welchen sich, nach vorhergegangener Befruchtung, insgemein eines, manchmalen zwey, und bisweilen auch dreye, sehr selten aber mehrere Eyer ablösen, durch die Muttertrompeten in die Bärmutter kommen, und in derselben so lange bleiben, bis die darinnen enthaltene Frucht ihre gehörige Vollkommenheit erreichet, worauf sie denn nach Zerreissung derjenigen Häute, aus welchem das Ey bestanden, lebendig

http://rcin.org.pl

ſuum edunt viuum; ſed ſemper oua tantum pariunt. Vt enim iam minus de auibus dicam, quae, quod notiſſimum eſt, dura ponunt oua illaque incubant; crocodili certe, teſtudines, lacertae terreſtres, omniaque ſerpentum genera &c. oua gignunt, auium ouis quoad formam externam valde ſimilia; ſed mollia, quaeque parentes minus incubant; excipenda hic vero foret vipera, ſerpentibus annumeranda animalibus, ſi viuos ſuos ederet foetus. Aliam ouorum mollium, ſed multo minorum, conſtituunt ſpeciem, oua quae fluuiatiles edunt piſces: eorum enim genitura, quam, poſtquam edita eſt, ſperma quoque appellant, meris conſtat ouis. Aliud ſperma, vel aliam ouorum congeriem, ranae pariunt aquaticaeque lacertae. Sunt conchis cochleisque, vel animalibus teſtaceis vniuerſis, ſua pariter oua; neque reliqua inſecta, ad quae et teſtacea pertinent, iisdem carere, certo quoque certius eſt: de pluribus ſaltem noſtratium inſectorum demonſtratum, in mea, id me dediſſe puto, *Inſectorum Hiſtoria.*

zur Welt gebohren wird. Eben ſo verhält es ſich auch mit den vierfüßigen und einigen andern Thieren; die übrigen alle hingegen bringen ihre Jungen nicht lebendig zur Welt, ſondern legen allezeit Eyer. Denn daß ich jezt nichts von den Vögeln ſage, welche bekannter maſſen hartſchalige Eyer haben und ſolche ausbrüten, ſo legen die Crocodile, die Schildkröten, die Landeydexen, und alle Schlangenarten ꝛc. Eyer, welche der Form nach mit den Vogeleyern ziemlich übereinkommen, aber weich ſind und von ihnen ſelbſt nicht ausgebrütet werden, wovon jedoch die Vipper, ein ſchlangenartiges Thier, auszunehmen wäre, wenn ſie ihre Jungen lebendig zur Welt bringen ſollte. Eine andere Art von weichen Eyern, die auch viel kleiner ſind, findet ſich bey unſern Fluſsfiſchen: denn ihr Rogen beſtehet aus lauter Eyern und wird auch, wenn ſie ſelbigen von ſich geben, ihr Laich genennet. Ein anderer aus Eyern beſtehender Laich iſt derjenige welchen die Frösche und Waſſereydexen fahren laſſen. Die Muſcheln und Schnecken, oder die hartſchaligen Thiere überhaupts, haben ebenfals Eyer, und daß ſich ſolche auch bey den übrigen Inſecten finden, denn die hartſchaligen Thiere gehören ebenfals zu den Inſecten; wird niemand in Zweifel ziehen: wenigſtens iſt ſolches in meiner Inſecten-Beluſtigung von den meiſten derjenigen,

Nullus

http://rcin.org.pl

Nullus tamen ex omnibus hiſce ouis procreatur foetus, niſi ipſo maris foemellaeque viuificentur coitu. Ex ouo gallinae, quam gallus non iniit, nullus excluditur pullus, ſpermaque a rana foemella effuſum, niſi ipſi a maſculo motus fuerit impreſſus, in putredinem abit; idem vero de reliquorum etiam valet animalium ouis. Arborum quidem pediculos, ſine coitu generari, perhibent, addunt tamen illi ipſi, qui hoc ſe obſeruaſſe affirmant, copulari eosdem coitu quoque. Feruntur vero animalia naturali inſtinctu in coitum; ſed quum plura eorum, atque inter haec illa praeſertim, quorum foetus absque omni parentum adoleſcunt cura, innumera gignant oua, hincque vberiore ſuo prouentu noxia euadere poſſint: certo tantum illa coeunt tempore, ſic, vt nonnulla ſemel in anno, quaedam bis, alia ter quaterue copulentur; atque hic mirum mihi ſemper viſum eſt, quod inter ea, praeſertim vero inter inſecta, quaedam integro ad ſui perfectionem indigeant anno, ſimulac autem omni ex parte perfecta fuerint, coeant morianturque. Hemerobius certe poſt ſui perfectionem, intra viginti quatuor horarum ſpatium, & generis propagationi operam nauat, et vitam finit. Quemadmodum vero homo, varias ob proprietates, omnia animalia excellentia ſuperat: ſic hoc ipſi prae illis etiam datum eſt, vt vbi pubuerit, nullum illi ad generis propagationem praefinitum ſit tempus. Licet autem ſuper reliqua animalia maxime emineat; vix tamen eundem eminentiae tuiturus eſſet gradum, niſi, vt reliquarum rerum creatarum, ſic animalium quoque ſcrutaretur proprietates. Factum hinc etiam eſt, vt omni tempore, ſed diuerſo ſtudio, in animalium inquiſitum fuerit naturam: quae enim certum adferre videbantur vſum, in eorum examine ea deſudarunt cura, vt magna reliquorum pars vlla vix digna iudicaretur conſideratione, quin prorſus negligeretur; licet curatior eorum inueſtigatio ſua non caritura fuiſſet vtilitate. Leuiſſimus etiam vermis haud vana omnipotentis praebet indicia Creatoris; rana vero, quam multi animal minus perfectum eſſe putant, omnibus illis inſtructa eſt partibus, quas in animalibus, vt quibusdam videntur, maxime perfectis deprehendimus. Anatomicus certe in ranae oculo tot, quot in aliorum animalium oculis, inueniet mira; nec etiam cranium ipſius, parum licet excauatum, cerebro caret, quod tamen in rana adeſſe nonnullos rerum naturalium ſcrutatores negare video; nerui vero ex eodem prodeuntes, ſenſibus eandem non deſtitui probant. Habet inſuper ranae ſanguis a corde motum, quo per omnes corporis

gen, ſo ſich in unſerer Gegend aufhalten, bewieſen worden.

Aus allen dieſen Eyern aber kommt keine junge Brut zum Vorſchein, wenn ſie nicht vorher durch die Begattung eines Männleins und Weibleins befruchtet worden. Aus dem Ey einer Henne die der Hahn nicht getretten, ſchlieft kein Küchlein aus; und der Leich den ein Froſchweiblein von ſich gegeben, verfaulet wann ſolcher nicht durch des Männleins Saamen in Bewegung gebracht worden: ſo aber verhält es ſich auch mit anderer Thiere Eyern. Die Baumläuſe ſollen ſich zwar ohne Begattung fortpflanzen; doch ſagen uns eben diejenigen ſo ſolches beobachtet haben, daß ſie ſich auch begatten. Zu dieſer Begattung werden die Thiere durch einen natürlichen Reiz angetrieben, weil aber viele derſelben, und ſonderlich diejenigen deren Junge ohne Beſorgung der Eltern aufwachſen, eine groſſe Menge von Eyern von ſich geben, daher auch leichtlich ſich gar zu ſtarck vermehren könnten, ſo geſchiehet dieſe ihre Begattung nur zu gewiſſen Zeiten, und bey einigen einmal, bey einigen zweymal, dreymal, bis viermal im Jahr, wobey mir ſonderlich bey den Inſecten dieſes allezeit wunderbar geſchienen, daß verſchiedene derſelben ein ganzes Jahr zu ihrer Vollkommenheit nöthig haben; ſo bald ſie aber ſolche erlanget, ſich ſogleich paaren und ſodenn ſterben; wie denn das Uſeras nach erhaltener Vollkommenheit innerhalb vier und zwanzig Stunden ſich ſowohl paaret, als auch wieder ſtirbt. Gleichwie aber der Menſch um verſchiedener Eigenſchafften willen, den Vorzug vor allen Thieren verdienet, ſo hat er auch dieſes vor demſelbigen zum Voraus, daß wenn er einmal zu ſeinen mannbaren Jahren gekommen, er auch in Anſehung des Zeugunggeſchäfftes an keine gewiſſe Zeit gebunden iſt. So gros aber ſeine Vorzüge auch immer ſind; ſo ſehr ſieht er ſich doch auch verbunden, um ſelbige in ihrer Vollkommenheit zu erhalten, ſich, wie um andere Creaturen, ſo auch um die Eigenſchafften der Thiere zu erkundigen; eben daher aber ſind die Thiere zu allen Zeiten, alleine mit ungleicher Sorgfalt, unterſuchet worden: denn welche einen augenſcheinlichen Nuzen hatten, deren nähere Erkenntnus hat man ſich ſo ſehr angelegen ſeyn laſſen, daß ein groſſer Theil derſelben faſt in gar keine Achtung gekommen, ja ganz vernachläſſiget worden, da doch ihre genäuere Betrachtung ebenfals nicht ohne Nuzen geweſen ſeyn würde. Auch der verächtlichſte Wurm iſt ſo beſchaffen, daß man in ſolchem ſattſame Spuren eines allmächtigen Schöpfers findet, und ein Froſch, welcher von vielen für eine unvollkommene Creatur gehalten wird, iſt mit allen denjenigen Theilen verſehen, die wir bey den vermeintlich vollkommenſten Thieren antreffen. So wird ein Anatomicus an dem Aug desſelben ſo viel, als an den Augen anderer Thiere zu bewundern finden, und die, obzwar nicht gar groſſe Höhle ſeiner Hirnſchale, iſt allerdings mit

http://rcin.org.pl

ris ipsius fertur partes, aliorumque humorum adiuuantur secretiones. Sunt ranis sui quoque pulmones, licet non eundem, ac aliis in animalibus, in ipsis praestare videantur vsum. Adsunt porro in iisdem ventriculus atque intestina; hepar vero, vesiculam fellis, lienem renesque non deesse, inquirentibus facile patebit. In masculis eorundem semini secernendo apti reperiuntur testes nec non vesiculae idem illud asseruantes; in foemellis contra, praeter ouarium vterus quoque conspicitur &c. et quae reliquae aliorum etiam animalium sunt partes.

Haec olim vix quidem crediderunt, quum et ii, qui sibi solis sapere videbantur, ranas limo gigni censerent; alii vero physicorum nomine superbientes, nasci ranas reliquorum etiam animalium more, inuenirent quidem, veterum tamen sententiae, quam et Ovidius his expressit verbis:

Semina limus habet virides generantia ranas (*)

simul fauerent, atque adeo, ranas et hoc et illo modo oriri, statuerent, nec non alios in varios, hinc ortos, errores deducerent, donec tandem celeberrimus SWAMMERDAMIVS, rem alia longe ratione se habere, doceret.

Parum vero abfuit quin et ego, antequam peritissimi huius Physici scripta perlustrandi nactus sum occasionem, in eam quoque deductus fuissem opinionem, ranas non nisi minus perfecta esse animalia; postquam vero ipsius, quam de ranis conscripsit, perlegi historiam, ejusque ad ductum in ipsam ranarum inquisiui structuram, alia omnia vidi dicique, ita, vt credam, nullo fere negotio me confutaturum, varias illas, quae de ranis circumferuntur, falsas fictitiasque fabulas. Sic facile me monstraturum confido, vt nullis animalibus aliis, sic et ranis nunquam pluere; vbi vero ostendero, qua ratione ranarum peragatur generatio, quaeque ad eandem requirantur, vix dubito quin illi, quibus alii persuasere, posse ranas arte etiam produci, facile perspiciant, quam siculneis traditio haec nitatur fundamentis, atque adeo his nullam adhibeant fidem, qui narrant, fuisse passim repertos homi-

(*) Metamorph. L. XV. v. 375.

dem Gehirne, welches ihm einige Naturforscher absprechen, angefüllet; die aus selbigem entspringende Nerven aber, lassen ihn nicht fühllos nennen. Das Herz giebt dem Geblüte des Frosches ebenfals eine Bewegung, vermöge welcher solches durch alle Theile seines Körpers getrieben wird, und zu den nöthigen Absonderungen anderer Säffte das Seinige beyträget. Die Lunge fehlet den Fröschen auch nicht, ob sie schon bey selbigen nicht eben denjenigen Nuzen zu haben scheinet, den sie bey andern Thieren hat; Magen und Gedärme sind in selbigen gleichfals zugegen, und die Leber, die Gallenblase, das Milz, sind nebst den Nieren auch da. In den Männlein finden wir die zur Absonderung des Saamens nöthige Geilen mit den zur Aufbehaltung desselben bestimmten Bläslein; bey den Weiblein aber zeiget sich nebst dem Eyerstock auch die Bärmutter ꝛc. und was sonsten noch für Theile seyn mögen, die wir an andern Thieren finden.

Alles dieses hat man sonsten wohl nicht geglaubet, indem auch so gar diejenigen die sich dünken liessen, sie wären klüger als andere, dafür hielten, die Frösche wüchsen nur blos aus dem Schlamm; andere aber welche für Naturforscher angesehen seyn wollten, machten zwar so viel ausfindig, daß sie die ordentliche Erzeugung der Frösche nicht laugneten; der alten Meynung aber, welche wir auch in diesen Worten des Ovidii finden:

Ein Saame steckt im Schlamm, der grüne Frösche zeuget, (*)

sagten sie deswegen doch nicht ab, so, daß sie also denselben einen gedoppelten Ursprung zuschrieben, und daher zu manchem Irrthum Gelegenheit gegeben haben, bis uns endlich der berühmte Swammerdam ein anderes gezeiget.

Ehe ich dieses geschickten Naturforschers Schrifften durchzugehen Gelegenheit bekommen, hätte ich mich eben auch bald verführen lassen die Frösche für unvollkommene Thiere zu halten; nachdem ich aber seine Beschreibung derselben gelesen, und nach seiner Anleitung die Frösche selbsten untersuchet, lehrte mich diese Untersuchung so viel, daß ich mir nunmehr getraue im Stand zu seyn, viele von den Fröschen, Kröten und Eydexen erdichtete Fabeln und Unwahrheiten zu widerlegen und zu entdecken. So glaube ich beweisen zu können, daß es eben so wenig Frösche und Kröten als andere Creaturen, wie uns doch einige bereden wollen, regne; und wenn ich gezeiget haben werde, was bey Erzeugung der Frösche vorgehe und zu solcher erfordert werde, so will ich hoffen, es werden diejenige, so sich von andern bereden lassen, man könne die Frösche auch durch die Kunst hervor bringen, die Falschheit dieses Vorgebens bald einsehen, und auch denjenigen nicht glau-

(*) Verwandl. B. XV. V. 375.

http://rcin.org.pl

homines, quorum in ventre multae habitarint ranae bufonesque, vel ex ſpermate ipſorum forte cum aqua deglutito nati, vel et magicis artibus ibidem producti.

In his tamen detegendis multa mihi nouanda fuit opera, multus impendendus labor. Deſcripſit SWAMMERDAMIVS, quo duce, quemadmodum iam innui, rem aggreſſus ſum, vnam tantum ranarum ſpeciem; ego vero omnes illas, quas noſtrae alunt terrae, mihi ſumſi examinandas. Poſtquam igitur ſingula, quae SWAMMERDAMIVS, de ranarum tradidit generatione, quin plura etiam in rana reperi noſtrate, cui ranae fuſcae terreſtris indidi nomen; idem quoque cum rana viridi aquatica tentaui. Plus tamen res haec habebat difficultatis, quam quidem praeuideram, intereaque dum in ea eram occupatus, caſu quodam ranae arboreae, nec non ſpeciei cuiusdam bufonis didici proprietates. Haec dum agebam, non ſolum omnia illa quae obſeruaueram chartae mandaui; ſed varias ſimul, ad ranarum hiſtoriam pertinentes, feci delineationes atque picturas; de quibus tamen edendis, tunc temporis, ne quidem cogitabam. Factum vero eſt poſtmodum, vt plurimi ex illis rerum naturalium cultoribus, indigenis aeque ac alienigenis, qui, quod multo mihi honori duco, me ſaepius inuiſunt, quibusque et obſeruationes et picturas a me factas oſtendi, me ad earundem maximopere hortarentur editionem. Primam hinc anno 1750. edidi tabulam, addita ſponſione, me ſingulis tribus menſibus ſimilem, cum deſcriptione ad illam pertinente, in publicum miſſurum, atque abſoluta prima ranarum ſpecie, frontiſpicium affabre pictum cum praefatione eſſe daturum. Sed varia, atque inter ea grauiſſimus, quo, elapſo 1752 anno, correptus fui morbus, quoque adhucdum hoc Martio menſe anni 1753, quo haec ſcribo, afficior, quo minus, quae vltimo promiſi loco, praeſtarem. obſtiterunt. Quod vero ad priorem attinet ſponſionem, plus quidem quam pollicitus ſum, effeci; quum binorum annorum ſpacio duodecim tabulas, totidemque typis exſcripta folia in publicum emiſi. Minus tamen his ipſis harum rerum contenti erant amatores, promiſſum potius continuo poſcentes efflagitantesque frontiſpicium, vt deſiderio ipſorum ſatisfacerem praefationemque adderem, me impulerunt. Quodſi vero ſint qui mirentur, me praeter receptam conſuetudinem, praefationem edere, quae alias non niſi opere abſoluto conſcribi ſolet; facile eosdem id mihi condonaturos ſpero, vbi intellexerint, poſſe omnia ea, quae forte ad finem perducto opere in ipſa addenda eſſent praefatione, ſingulis, partitis vicibus edendis, inſeri foliis; illa vero quae ſummatim de eodem ſint profe-

ren-

glauben, welche uns berichten, daß es hie und da Menſchen gegeben in deren Leib ſich viele Frösche und Kröten aufgehalten, welche in ſelbigen aus dem ungefähr mit Waſſer eingeſchluckten Laich, oder durch Zauberey entſtanden.

Um die Structur dieſer Würmer genäuer kennen zu lernen, betrachtete ich einige durch ein Vergröſſerungsglas, und in der vierzehenden Figur habe ich ſelbige ſo, wie ſie mir dieſes gezeiget, abgebildet. Ihre Geſtalt war damals noch ſehr unförmlich, und ob ſie auch gleich dem bloſen Aug ſchwarz vorkamen, ſo ſchienen ſie doch in in ihrer Vergröſſerung mehr mattſchwarzbraun. Der Kopf iſt vom Leib ſehr abgeſezt, und mehr eckicht als rund, indem an ſelbigem vornehmlich drey ſtumpfe Ecken zu bemercken. Der Leib iſt in der Mitte am dickſten und

INSTYTUT ZOOLOGICZNY Polskiej Akademii Nauk BIBLIOTEKA

http://rcin.org.pl

et obtuſam terminatur caudam, nonnihil adhuc incuruam. Elapſis duobus diebus referebant vermiculi formam *figurarum numero 15 notatarum*, quae binos eorum repræſentant, alterum quidem a ſuperficie inferiore, alterum a latere. Prorſus nunc erant extenſi, ita, vt corpus eorum cum cauda rectam efficeret lineam, piſciculo ceterum ſimiles; carebat tamen cauda illorum, etiamnum nigra et obtuſa, adhuc pinnis, crebrius autem fortiusque eandem tum moueri notabam, quin natabant iam per aquam ſurſum deorſum, ſociamque agentes vitam tenaci illo nutriebantur humore, quo plantae ſcatent aquaticae, quas in aquam inieci, quum noſſem appetere illos has ipſas plantas vbi libere in aquis vitam degunt, id quod *decima et ſexta figura* indicatur. Elapſis vix aliquot diebus alia prorſus gyrinorum erat forma: die namque quinto Maii obſeruabam in plurimis eorundem ſingulares prorſus appendices fimbriatas, a SWAMMERDAMMIO ita dictas, vtroque in latere pone caput collocatas, quae et pinnas et pedes referebant, *figura decima et ſeptima* ad *h h* expreſſas; ob motum tamen ipſarum pinnae mihi potius quam pedes videbantur, praeſertim quum cauda quoque, productior nunc graciliorque, colore etiam nigro magis quam fuſco praedita, ſuperius aeque ac inferius pinna eſſet inſtructa, et quaſi fimbriata. Quo autem appendices illas pone caput exſtantes clarius cernerem, contemplabar eiusmodi gyrinum microſcopii ope, quem etiam magnitudine auctum *figura duodeuigeſima* delineatum exhibeo. Siſtit eadem inferiorem corporis ſuperficiem, in qua non tantum vermiculi os deorſum vergens, ſed etiam appendices *i i i i* ad latera ſitae, conſpectui ſeſe offerunt. Conſtabant illae vtrinque binis partibus, quarum quaelibet cornu ceruinum ſeptem ramorum referebat, continuoque a piſciculo agitabatur motu. Incertus etiamnum quemnam partes hæ gyrino praeſtarent vſum, animaduertebam octauo nonoque Maii die, minores easdem, gyrinos vero multo maiores eſſe redditos, quemadmodum *figurae num. 19 et 20* ſignatae oſtendunt. *Numero 19* tres ſeſe offerunt gyrini a parte ſuperna, *numero* autem *20*, a latere, appendices laterales easque fimbriatas, nec non pinnam, caudae circumfuſam, diſtincte exhibentes. Quoad colorem horum gyrinorum, monſtrabant illi tum fundum fuſcum punctulis lucidioribus conſperſum, pinna contra caudae perſpicua atque ſubfuſca punctulis diſtincta erat nigris. Iam vero gyrinis, non amplius ſufficiebat lentus ille plantarum aquaticarum humor, maiores quippe redditi, ipſas potius arrodebant plantas, lenticulas praeſertim aquaticas, quibus etiam plurimos eorum enutriui donec perfectam ranarum induerint formam. Iis tamen quos ſic eram educaturus perquam noxia erat aqua fontana recens hauſta; ſpatio enim viginti quatuor horarum omnes fere ab ea enecabantur, aqua vero diutius iam hauſta, nec non pluuia, nullum ipſis ferebat incommodum. Quid ceterum de appendicibus illis fimbriatis ſtatuendum eſſet, cogitatione comprehendere non poteram. Dictum iam eſt, mox minores easdem fuiſſe redditas; ſed euanuerunt tandem ex omni prorſus parte: non igitur niſi per paucos tantum dies in gyrinis hiſce cernuntur. Perſuaſum habet ſubtiliſſimus SWAMMERDAMMIVS, qui ſimiliter ranam ab ouo deſcripſit, obſeruationes autem ſuas cum alia ranarum ſpecie inſtituiſſe videtur, intrare appendices haſce ipſius gyrini thoracem et abire ibidem in corpora branchiis piſcium ſimilia, quae tamen, in gyrinis meis, ego quidem reperire non potui, neque etiam veriſimile mihi fit, indigere gyrinos eiusmodi branchiis, quum iam, quemadmodum ex ſequentibus patebit, pulmonibus inſtructi ſint.

Die

überhaupts mehr platt als erhaben, hinten aber wird er geſchmeidiger und endiget ſich mit einem kurzen, ſtumpfen Schwanz, der noch in etwas gekrümmet iſt. Nach zweyen Tagen hatten meine Würmer das Anſehen der mit 15 bezeichneten Figuren, wo wir zwey derſelben ſehen, davon der eine ſich von der untern Fläche, der andere aber von der Seite zeiget. Nunmehr waren ſie ganz ausgeſtreckt, indem ihr Kopf mit dem Schwanz in einer geraden Linie ſtund, und dabey ſtellten ſie einiger maſſen ein Fiſchlein vor; doch hatte ihr Schwanz, der damals ganz dunckel und ſtumpf war, noch keine Floſſe, hingegen wurde er ſtärcker und öffter als vorher hin und wieder beweget. Jezt ſchwamen dieſe Würmlein auch im Waſſer öffters auf und nieder, blieben dabey immer geſellig bey einander, und nährten ſich von dem Schleim der an den Waſſergewächſen hieng, die ich ihnen deswegen gab, weil ich geſehen hatte, daß ſie in ihrer Freyheit hauffenweis an ſolchen hiengen, wie in der ſechzehenden Figur gezeiget wird. Kaum waren etliche Tage verfloſſen, als ſich meine Froſchwürmer wieder in einer ganz andern Geſtalt zeigten: dann ich fande den fünfften May, daß die meiſten derſelben unter dem Kopf an jeder Seite ganz beſondere gefranzte Anhänge hatten, wie ſie Swammerdamm nennet, welche ſich ſowohl mit einem Paar Flosfedern, als mit Pfoten vergleichen lieſen, und die uns die ſiebenzehende Figur *h h* zeiget. Ihre Bewegung machte mich glauben, daß ich ſie vielmehr für Floſſen als für Pfoten, anzuſehen hätte, zumalen da auch der Schwanz, der nunmehr länger und geſchmeidiger ausſahe, und eine mehr ſchwarze als braune Farbe hatte, ſo wohl oben als unten, eine Floſſe führte, und gleichſam damit eingefaſſet zu ſeyn ſchiene. Damit ich nun aber die hinter dem Kopf befindliche Anhänge beſſer mögte kennen lernen, ſo betrachtete ich ein ſolches Würmlein mit dem Vergröſerungsglas, und ſo wie mir dieſes dasſelbe gezeiget, habe ich es auch in der achtzehenden Figur von der untern Fläche vorgeſtellet, da wir dann nicht nur den noch nach unten ſtehenden Mund des Wurms, ſondern auch bey *i i i i* die beeden an den Seiten herfürgewachſene Anhänge wahrnehmen. Sie beſtunden aus zweyen Theilen, davon jeder einer mit ſieben Enden beſezten Stange eines Hirſchgeweyhes gliech, und wurden von dem Fiſchlein immer auf und nieder beweget. Ich war noch ungewis was ich aus dieſen Theilen machen ſollte, als ich den achten und neunten May wahrnahm, daß ſie um vieles kleiner, die Würmer aber um ein merckliches gröſſer geworden, ſo, daß nun an denſelben auch die beeden Augen zu erkennen waren, wie wir an denen mit 19 und 20 bezeichneten Figuren ſehen. Bey *n. 19* werden dreye dieſer Würmer von oben, bey *n. 20* aber von der Seiten gezeiget, da dann nicht nur alleine die an den Seiten ſtehende, gefranzten Anhänge, ſondern auch die um den Schwanz gehende Floſſe, deutlich wahrzunehmen. Der Farbe nach hatten dieſe Würmlein damals einen braunen Grund der mit ſehr zarten hellen Pünctlein beſprenget war, die durchſichtige und hellbraune Floſſe am Schwanz hingegen hatte dunckle Pünctlein. In dieſer Gröſſe begnügten ſie ſich nicht mehr mit dem Schleim der Waſſergewächſe, ſondern ſie fiengen dieſelben nunmehr ſelbſt, ſonderlich aber die Waſſerlinſen, mercklich zu benagen an; auch habe ich mit dieſen gar viele ſo lange erzogen, bis ſie ihre völlige Froſchgeſtalt erhalten, nur durfte ich ihnen kein friſches Brunnenwaſſer geben: dann davon ſturben ſie innerhalb vier und zwanzig Stunden faſt alle; dasjenige Waſſer aber ſo ſchon eine Zeitlang aus dem Brunnen geſchöpffet worden, ſtunde ihnen, nebſt dem Regenwaſſer, beſſer an. Was die an dieſen Würmern befindliche beſondern gefranzten Anhänge ſeyen, hab ich nicht ausfindig machen können. Wir haben vernommen, daß ſie bald kleiner geworden, und endlich ſind ſie gar verlohren gegangen, ſo, daß ſelbige nur etliche Tage an dieſen

Wür-

http://rcin.org.pl

Die decimo ſexto et decimo ſeptimo Maii, gaudebant plures horum gyrinorum ea magnitudine qua *figura vigeſima prima* depicti exhibentur, iam vero ſubierant caput corpusque illorum eiusmodi mutationem, vt ambo in vnam quaſi eamque ouiformem coalita viderentur maſſam, atque hanc etiam formam diutius ſeruarunt. Nunc inſuper magis fuſcus ipſis erat color, punctulaque illa, lucida aeque ac nigra, diſtinctius apparebant; perſpicua autem caudae pinna ex fuſco flaueſcebat. Certior porro reddebar eo ipſo tempore, ponere gyrinos, ſub iterata illa partium reliquarum mutatione, ſuam pariter cutem; mutant tamen illam alia quidem ratione quam inſecta: haec namque exuuias ponunt ſpeciem inſecti habentes, gyrinorum vero cutis mucum tunc refert, vel viſcidum quendam humorem, quemadmodum ſupra iam, quum de ranis adultis loquutus ſum, indicaui.

Excreuerant gyrini die vigeſimo quarto et quinto in magnitudinem *figurarum n. 24* ſignatarum, quarum altera ſuperiorem, altera vero lateralem gyrini partem exhibet; licet autem tum temporis ſtructura ipſorum parum mutata videretur, viuidiore tamen niteſcebant colore. Quum die trigeſimo primo Maii magnitudinem *figurae vigeſimae tertiae* haberent, referebant etiamnum, quoad corporis formam ouum, nullo caput inter corpusque diſcrimine apparente; in cauda contra clare nunc conſpiciebantur muſculi, lineae cuidam mediae quaſi vtrinque adnati, apicemque verſus oblique excurrentes. Lata eaque admodum pellucida caudae pinna fuſcis diſtincta erat maculis, venter quoque, vel inferior corporis ſuperficies, lucidior nunc, notata erat poſteriora verſus, aeque ac ſuperficies ſuperior, punctulis candidioribus.

Augeſcente corporis mole, augebatur etiam gyrinorum pauor, quodſi enim propius quidquam accedere percipiebant, illico in fundum vaſis ſeſe praecipitabant. Quum vero ex prioribus meis obſeruationibus didiciſſem, procreſcere in gyrinis huius magnitudinis crura quidem, ſed poſteriora tantum, vnum hinc ex maioribus die quarto Iunii diſſecui, aciculisque ad modum *figurae vigeſimae quartae* aſſerculo affixi, quo ſingula in aperto abdomine contenta eo clarius oculis ſeſe ſiſterent, crura praeſertim etiamnum latitantia inueſtigaturus; ſed enimuero nulla eadem detegere potui oculorum acie, partes contra internas ſat iam diſtincte diſcernebam: conſpiciebam enim cor, in *figura* per *k* indicatum, *l l* binae ſunt partes coloris carnei infra caput ſitae, SWAMMERDAMMIO branchiae dictae, quarum vſum tum minus concipere poteram; *m* veſicula eſt fellea ſphaerulae ſubviridis formam habens; *n* autem deſignat inteſtina ex cinereo fuſca, inque gyrum conuoluta: plura tunc quidem in partibus hisce tenerrimis, et ad leuiſſimum tactum diffluentibus, non erant dignoſcenda.

Decimo tandem Iunii apparebant in gyrinis meis, pone corpus ouiforme, prope caudam, bina breuia admodum tenerrimaque crura, quae in gyrinis, *num. 25* notatis, per *o o* indicantur. Conſpiciebantur tunc temporis, praeter oculos micantes, nares quoque, ipſum vero corpus a capite

Würmern zu ſehen ſind. Swammerdam der auch den Froſch vom Ey an beſchrieben, aber ſeine Obſervationen mit einer andern Froſchart gemachet zu haben ſcheinet, glaubet, es zögen ſich dieſe Anhänge in des Wurms Bruſt hinein, und würden zu ſolchen Körpern die man bey den Fiſchen die Ohren nennet; ich habe aber in meinen Würmern dergleichen Ohren nicht finden können, glaube auch nicht, daß die Froſchwürmer derſelben benöthiget ſeyn, weil ſie, wie wir unten ſehen werden, bereits ihre Lungen haben.

Den ſechzehenden und ſiebenzehenden Maji hatten ſchon viele die Gröſſe der ein und zwanzigſten Figur, und da war ihr Leib und Kopf in ſo weit verändert, daß beede Theile nur einen faſt ovalrunden Körper ausmachten; dieſe Geſtalt aber behielten ſie auch nachher noch lange. Die Grundfarbe war nunmehr an Leib und Schwanz noch bräuner, die hellen und duncklen Pünctlein zeigten ſich auch jezt um vieles deutlicher; und die durchſichtige Schwanzfloſſe war gelblichtbraun. Zu dieſer Zeit wurde ich auch verſichert, daß ſich dieſe Froſchwürmer, bey ihrer mehrmaligen Veränderung, häuteten; doch gehet es hier anderſt zu als bey den Inſecten, welche wann ſie ihre Haut verändern einen Balg ablegen, der dem Inſect faſt gleich ſiehet; bey unſern Würmern aber gehet die alte Haut wie ein Schleim weg, wie ich bereits oben gemeldet, da ich von den erwachſenen Fröſchen geſprochen.

Die Gröſſe der mit *n. 22.* bezeichneten Figuren, davon die eine den Wurm von oben, die andere aber von der Seite vorſtellet, hatten meine Würmer den vier und zwanzigſten und fünf und zwanzigſten May erhalten, und ob ſich wohl damals ihre Structur in nichts verändert zeigte, ſo war doch ihre Farbe deutlicher zu erkennen. Als ſie den ein und dreyſigſten May die Gröſſe der drey und zwanzigſten Figur erlanget, führten ſie noch einen ovalrunden Körper, an welchem der Kopf vom Leib nicht unterſchieden war; am Schwanz aber gaben ſich nunmehr die an einer Mittellinie, zu beeden Seiten, ſchief nach ſeiner Spize zulaufende Muſceln mercklich zu erkennen; die breite Floſſe desſelben war ſehr durchſichtig und braun beſprenget; und der Bauch, oder die Unterfläche des Körpers fiel nun etwas heller aus, hatte auch gegen hinten zu, wie die Oberfläche, viele noch hellere Pünctlein.

Mit zunehmender Gröſſe, wurden meine Würmer auch ſcheuer, wie ſie ſich dann nunmehr ſogleich auf den Boden begaben, wann ihnen etwas Fremdes nahe kam. Da mir auch aus meinen vorigen Obſervationen bekannt war, daß die Würmer von dieſer Gröſſe zwar Füſſe, aber nur die hintern bekämen; ſo nahm ich den vierten Junii einen der gröſten und ſchnitte ſolchen am Leib auf, hefftete ihn auch, ſo wie die vier und zwanzigſte Figur zeiget, mit Nadeln an ein Bretlein, damit ich ihn um ſo viel beſſer betrachten könnte, weil ich begierig war zu ſehen, wo etwann die zur Zeit noch verborgene Füſſe ſtecken mögten; alleine ich konnte weder von den hintern noch vördern etwas gewahr werden; doch fielen die inneren Theile bereits ziemlich deutlich in die Augen; wie ich dann das Herz zu ſehen bekam, welches in der Figur durch *k* angedeutet wird, *l l* ſind zwey fleiſchfärbige unter dem Kopf liegende Theile, welche Swammerdam die Ohren nennet, aus denen ich aber damals noch gar nichts zu machen wuſte, *m* iſt eine kleine grünlichte Kugel und nichts anders als die Gallenblaſe, *n* aber die graulichtbraunen, ſchneckenförmig beyſammen liegende Gedärme: mehrers war dazumal an dieſen noch ſo zarten Theilen, welche bey der geringſten Berührung ſogleich zerfloſſen, nicht zu erkennen.

Den zehenden Junii erblickte ich endlich an einigen meiner Würmer, hinten am eyförmigen Leib, und nahe bey dem Schwanz, zwey noch ſehr kurze und zarte Füßlein, und *fig. 25* zeiget zwey ſolcher Würmer, an welchen dieſe beede Füßlein durch *o o* angedeutet werden. Nun

http://rcin.org.pl

te, leui inciſura diſtinguebatur. Hac obſeruata mutatione, denuo gyrini, ratione ſuperius dicta, inſtitui diſſectionem; peregi illam die decimo et ſeptimo Iunii, gyrinum autem diſſectum exhibet *figura vigeſima ſexta.* Ad *l l* binae illae iterum fiſtuntur partes, carneo tinctae colore, quas nunc crura nondum formata eſſe autumabam, et in quarum medio cor collocatum eſt; *b* fellis eſt veſicula; *q q* pulmones ſunt longiuſculi, plurimisque quaſi veſiculis conſtantes; quum vero hisce inſtructus ſit gyrinus, vix quidem intelligo, cur SWAMMERDAMMIVS, qui illos ſimiliter in gyrino reperit atque delineauit, in eam delapſus ſit opinionem, vt crediderit, partes illas *l l* ſignatas, branchias eſſe, piſcium branchiis ſimiles, in quibus illae pulmonum officio funguntur: quodſi enim regeras, indigere gyrinos, non niſi in aquis degentes, branchiis hisce, cur tamen adultis in ranis aboleantur, quemadmodum SWAMMERDAMMIVS ſimiliter affirmat, quum hae quoque durante hyeme in aquis latitent, vix capio. Repraeſentatur porro in figura noſtra lien *r*; hepar ex rubro fuſcum *ſ* indicat; *t* ventriculum; *u u* crura bina poſteriora eaque minora; *w* autem inteſtina in gyrum antea diſpoſita, nunc euoluta.

Die vigeſimo primo Iunii notabiliter iam maiores euaſerant pedes poſteriores, quemadmodum ex *figura vigeſima ſeptima*, quae eiusmodi gyrinum a latere refert, ad *y* apparet; ſaepius etiam, vbi in hanc excreuit magnitudinem, inter pedes eiusdem propendere aliquid cernimus, per *x* indicatum, quod tamen neutiquam pro corporis quodam membro habendum, quum nihil aliud ſit, quam excrementa ex ani apertura prodeuntia. Appetebant adhuc tum gyrini hi lenticulas paluſtres, quodſi tamen recens, duriuſculumque alius cuiusdam plantae ipſis praebebam folium, diſtincte percipiebatur ſtrepitus quem illud arrodentes edebant: licet namque in illis parua tum oris fuerit apertura, maxilla tamen illorum ſuperior multis iam obſita erat exilibus acutisque dentibus. In latere vtroque capitis, a reliquo corpore nunc aliquatenus ſeiuncti, notabatur tunc macula ſubrubicunda, a binis illis partibus in *figuris vigeſima quarta* & *vigeſima ſexta*, litteris *l l* notatis, perque cutem translucentem conſpiciendis, atque, ceu quidem mihi videbatur, magis magisque intumeſcentibus, oriunda. Eaedem illae partes diſtinctius multo per cutem translucebant *in figura vigeſima octaua*, quam die vigeſimo tertio Iunii delineaui, quaeque inferiorem eiusmodi gyrini ſuperficiem repraeſentat; monſtrat inſuper eadem illa fundum magis variegatum, nec non pedes *y y* magnitudine denuo auctos.

Quum tandem gyrini mei die vigeſimo quinto et vigeſimo ſexto Iunii, cibum dereliquentes, ab eo ſe abſtinere inciperent, binaque crura poſteriora *z z* *Fig. 29* iam perfecta viderentur, caput illorum prope maxillas, ad *A A*, ſubrubicundum tumefactumque apparuit, ventre nonnihil contracto extenuatoque. In mentem mihi hinc veniebat, iam iam comparituros pedes anteriores, atque hinc eosdem curioſius nunc obſeruabam. Seligebam itaque vnum ex illis, qui reliquos aetate ſuperare videbatur, eundemque, quo clarius omnia cernerem, ſeparatim in vas immiſi vitreum: vidi tunc, non ita multo poſt, mirabundus, protendere eundem interdum, pone Caput, ſub maxilla tumefacta, pedem ſiniſtrum anticum, retrahereque illum, ea ratione, vt ne veſtigium quidem ſupereſſet. Autumabam ego quidem, pedem hunc initio minorem futurum, ſed fallebar:

wurde man auch an ſelbigen, nebſt den beeden hellen Augen, der Naſenlöcher gewahr, und der Kopf ſchien jezt ebenfalls von dem Leib in etwas abgeſondert zu ſeyn; dieſe Veränderung aber bewog mich abermal einen ſolchen Wurm, auf obige Art, zu öffnen: es geſchahe ſolches den ſiebenzehenden Junii und in der ſechs und zwanzigſten Figur habe ich denſelben vorgeſtellet. In ſelbiger werden durch *l l* wiederum die bereits oben bemerckte zwey fleiſchfärbige Theile angezeiget, die ich nunmehr für die noch nicht gebildete zwey Vorderfüſſe anſahe, zwiſchen welchen ſich das Herz zeigte; *b* iſt die Gallenblaſe, *q q* ſind die länglichten und gleichſam aus lauter Bläslein zuſamm geſezten Lungen; da nun aber dieſe zugegen ſind, ſo kan ich mir nicht vorſtellen, warum Swammerdam, der ſie eben auch in einem ſolchen Wurm gefunden, auf die Gedancken gekommen, die mit *l l* bezeichneten Theile, ſeyen dergleichen Ohren, wie die Fiſche haben, bey welchen ſolche das Amt der Lungen vertretten: dann wollte man gleich ſagen, die Froſchwürmer hätten dieſer Ohren nöthig, weil ſie ſich nur einig und allein im Waſſer aufhalten, ſo wundert mich, warum ſelbige in den erwachſenen Fröſchen ſich verliehren, wie Swammerdam ſelbſt meldet, da doch dieſelben ebenfals den ganzen Winter hindurch unter dem Waſſer bleiben. Ferner ſehen wir auch in unſerer Figur bey *r* das Milz, *s* iſt die Leber, *t* der Magen, *u u* ſind die zwey kleinen Hinterfüſſe, *w* aber die aus einander gewickelte Gedärme.

Den ein und zwanzigſten Junii waren die hintern Füſſe um ein merckliches gröſſer, wie wir bey *y* an der ſieben und zwanzigſten Figur ſehen, welche einen dieſer Würmer von der Seite vorſtellet; bey dieſer Gröſſe wird man auch öffters gewahr, daß etwas zwiſchen dieſen Füſſen herabhange, wie allhier durch *x* angedeutet wird; dieſes aber iſt kein zu dem Leib gehöriges Glied, ſondern es iſt ſolches, der aus dem hier befindlichen After herfürkommende Unrath. Damals lieſſen ſich dieſe Würmer die Waſſerlinſen noch immer ſchmecken; gab ich ihnen aber etwan ein friſches und etwas härteres Blat, einer andern Pflanze, ſo konnte man ſie deutlich an ſelbigem nagen hören: dann obgleich die runde Oeffnung ihres Mundes noch ziemlich klein, ſo war doch ihr oberer Kiefer bereits mit vielen zarten und ſcharffen Zähnen beſezet. An jeder Seite des Kopfes, der vom Leib in etwas abgeſondert erſchien, bemerckte man auch damals einen röthlichen Flecken, welcher von nichts anders als den beeden, in der vier und zwanzigſten und ſechs und zwanzigſten Figur mit *l l* bezeichneten, durch die Haut ſchimmerenden Theilen herkam, ſo immer mehr und mehr zu geſchwellen ſchienen. Eben dieſe Theile waren in der acht und zwanzigſten Figur, in welcher ich einen dieſer Würmer, den drey und zwanzigſten Junii, von der untern Fläche abgebildet, noch deutlicher durch die Haut zu ſehen; und die nemliche Figur zeiget auch, wie ſprenglicht nunmehr die Grundfarbe dieſer Würmer ſey, und daß ihre Füſſe *y y* um ein merckliches gewachſen.

Als endlich meine Würmer den fünf und zwanzigſten und ſechs und zwanzigſten Junii ihre Speiſe verlieſen, und zu faſten anfiengen, auch ihre beeden hintern Füſſe *z z* vollkommen zu ſeyn ſchienen, wie an der neun und zwanzigſten Figur zu ſehen, ſo ſchien ihr Kopf an dem Kienbacken, bey *A A* röthlicht und aufgelauffen zu ſeyn; der Leib hingegen fiel in etwas ein, und wurde geſchmeidiger. Dieſe Veränderung brachte mich auf die Gedancken, es würden ſich nunmehr auch bald die vordern Füſſe zeigen, und daher gab ich fleiſſig auf ſie Achtung. Einen, der am älteſten zu ſeyn ſchiene, thate ich, um ihn beſſer beobachten zu können, in ein gläſernes Geſchirr beſonders, und nahm hernach an ſelbigem, nicht ohne Verwunderung, bald wahr, daß er dann und wann, hinten am Kopf, unter dem geſchwollenen Kiefer, den lincken Vorderfus herfür ſtreckte und nachgehends wieder

http://rcin.org.pl

lebar: aptam namque habebat magnitudinem; dein vero idem in aliis quoque obſeruaui, miratusque ſum, oſtendere eosdem ſemper, ab initio, pedem praeſertim ſiniſtrum.

Nunc etiam operae pretium me facturum credebam, ſi eiusmodi gyrinum diſſecarem; elegi hinc vnum ex illis, qui quidem hactenus nullum pedem anticum monſtrauerat, iamiam vero monſtraturus erat; quo autem tenellae eiusdem partes duriores redderentur, mucusque ipſi adhaerens mihi minus impedimento eſſet, in ſpiritu vini eundem ſuffocaui. Siſtit illum *figura trigeſima*, cute vltra os vsque diſciſſa, apertum. Obſeruari iam in eo clariſſime poterant bini pedes antici *B B* notati, iamque prorſus formati, eundem occupantes locum, in quo antea binas illas partes carneas *l l fig. 24* et *26* vidimus. Inter pedes hosce, ſupra hepar *C*, ventriculum tegens, conſpiciendum ſeſe praebebat lien, pulmones autem contraxerat ſpiritus vini in tantum, vt vix reperiri poterant. *D* indicat inteſtina, antea longiora quidem, nunc vero ob cibi abſtinentiam mutata breuioraque. *E E* pedes ſunt poſtici ſaltatorii, iamque perfecti.

Procreſcebant tandem in plurimis meorum gyrinorum, die vigeſimo ſexto et vigeſimo ſeptimo lunii, pedes antici, quos *figura trigeſima prima* cernimus, iisdemque perfectis, ſeruabant nonnulli caudam, cum pinna annexa, per diem adhuc dimidium, absque omni mutatione, ſingularis prorſus formæ animalia referentes, quum neque ranae, neque lacertae ſimiles eſſent. Iam vero crebrius enatabant ranunculi hi ad aquae ſuperficiem, auram hauriendi gratia; illi autem qui libere vitam agunt, plerumque tum ad ripas verſari ſolent. Cibo eosdem hoc tempore veſci non videbam, caudam contra illorum ſenſim minorem reddi facile notabam: defluebat namque non ſolum pinna eius perſpicua, ſub intuentium, vt ita dicam, oculis, ſed decreſcebat cauda ipſa, notabiliter admodum, in longitudine aeque ac craſſitudine; decidere autem illam fruſtulatim, vel integram, quemadmodum nonnulli autumare videntur, ego quidem minus obſeruare potui; multo autem minori veritate illa PLINII nititur ſententia, *figurari pedes, cauda findente ſe in poſteriores* (*). Quid autem quaeſo fit de hac, ſic ſatis ampla, ranunculorum parte? Deliqueſcere illam nulla ratione deprehendere potui: nonne hinc veriſimile fit, nutriri illa ranunculum donec perfectam ranae induerit formam? Illo certe tempore quo eius pedes procreſcunt, ipſeque quoad partes externas magnam ſubit mutationem, partes quoque internae valde mutantur, id quod inteſtina ſatis ſuperque oſtendunt, quae *figura vigeſima ſexta*, longa admodum, *trigeſima* vero, multo breuiora ſiſtit; dum autem hanc ranunculus patitur mutationem, nullum ille aſſumere poteſt cibum. Sed quocunque res haec ſeſe habeat modo, id tamen certum eſt, vbi quatuor ſuis ranunculi hi inſtructi ſunt pedibus, decreſcere eorum caudam; illi vero quos ego alui, quique die vigeſimo ſexto & vigeſimo ſeptimo lunii caudam adhuc trahebant integram, monſtrabant, partim die vigeſimo ſeptimo, partim vero vigeſimo octauo, dimidiam tandem eiusdem partem, quemadmodum ex *figuris trigeſima ſecunda* et *trigeſima tertia* apparet; elapſis dein aliquot horis plus rurſus decreuerat, ceu *figura trigeſima quarta* oſtenditur; quin integro elapſo die, ita prorſus euanuerat, vt ranunculi, figurae *trigeſimae quintae* nunc ſimiles, quoad ſtructuram omni-

* Nat. Hiſt. Lib. IX. Cap. 51.

der zurück zog, ſo, daß gar keine Spur mehr davon zu bemercken. Dieſer Fus war aber nicht mehr ſo klein, wie ich glaubte, daß er anfangs ſeyn würde, ſondern er hatte bereits ſeine gehörige Gröſſe; und nachgehends bemerckte ich auch ein Gleiches an andern ſolchen Würmern, ſonderlich aber, daß ſie allezeit den lincken Fus zu erſt zum Vorſchein brachten.

Nun glaubte ich auch, würde es der Mühe werth ſeyn, einen ſolchen Froſchwurm zu öffnen; daher nahm ich einen, der zwar noch keinen Vorderfus ſehen laſſen, aber doch an dem ſeyn muſte, daß er ſolche zeigen würde; damit aber ſeine zarten Theile etwas härter werden mögten, und der an ihm hangende Schleim mir nicht hinderlich fiele, ſo tödete ich denſelben im Weingeiſt. In der dreyſigſten Figur ſehen wir ihn, mit bis über den Mund hin aufgeſchlizter Haut, geöffnet. Es fielen an ſelbigen die zwey vordern Füſſe, ſo hier mit *B B* bezeichnet ſind, nach ihrer völligen Geſtalt, ganz deutlich in die Augen, und lagen an eben der Stelle, wo vorher die zwey fleiſchigen Theile *l l* der vier und zwanzigſten, und ſechs und zwanzigſten Figur von uns bemercket worden. Zwiſchen denſelben zeigte ſich über der Leber *C*, die hier den Magen bedecket, das Milz; die Lungen aber hatte der Weingeiſt ſo zuſammen gezogen, daß dieſelben kaum mehr zu finden waren. *D* ſind die vorher langen, nunmehr aber kurzen Gedärme, und ſo waren dieſelben durch das Faſten dieſer Würmer verändert worden. *E E* ſind die hintern, und iezt vollkommene Springfüſſe.

Endlich bekamen die meiſten meiner Würmer, den ſechs und zwanzigſten und ſieben und zwanzigſten Junii zwey vollkommene Vorderfüſſe, wie in der ein und dreyſigſten Figur zu ſehen; und nachdem ſie dieſe erhalten, ſo behielten einige derſelben ihren Schwanz, ſamt der daran hangenden Floſſe, noch einen halben Tag lang unverändert, und hatten deswegen ein ganz beſonderes Anſehen; weil ſie weder einem Froſch, noch einer Eydexe vollkommen ähnlich ſahen. Bey dieſen Umſtänden kamen dieſe kleine Froſche öffters als ſonſten an die Oberfläche des Waſſers, um friſche Lufft zu ſchöpffen, und die in ihrer Freyheit ſind, pflegen ſich alsdann auch mehrentheils am Uffer aufzuhalten; auch konnte ich nicht bemercken, daß ſie zu dieſer Zeit einige Speiſe zu ſich nahmen, hingegen beobachtete ich gar wohl, daß ihr Schwanz nach und nach kleiner wurde, indem ſich nicht nur allein die durchſichtige Floſſe desſelben faſt zuſehends verlohr, ſondern auch der Schwanz ſelbſten an Länge und Dicke recht mercklich abnahm; allein daß er ſtuckweis, oder gar auf einmal abgefallen wäre, wie einige zu glauben ſcheinen, habe ich nicht beobachten können; vielweniger aber iſt Plinii Meinung wahr, nach welcher er dafür hält, die hintern Füſſe der Froſche entſtünden aus dem ſich ſpaltenden Schwanz (*). Wo kommt dann aber dieſer ſo ziemlich groſſe Theil der jungen Froſche hin? Daß er nach und nach im Waſſer zerflieſſen ſollte, habe ich auf keinerley Weiſe wahrnehmen können; wäre es alſo nicht möglich, daß er dem jungen Froſch ſo lange zur Nahrung diene, bis er ſeine vollkommene Geſtalt erhalten? Dann während der Zeit, da ſeine Füſſe nach und nach zum Vorſchein kommen, und er von auſſen eine ziemliche Veränderung leidet, gehet auch an ſeinen innern Theilen eine ſtarcke Veränderung vor, wie die Gedärme beweiſen, welche in der ſechs und zwanzigſten Figur ziemlich lang, in der dreyſigſten aber um vieles kürzer erſcheinen, indem ſich aber dieſelben ſo verändern, kan der Froſch keine Nahrung zu ſich nehmen. Es verhalte ſich nun aber gleich hiemit wie ihm wolle, ſo iſt es doch gewis, daß ſich dieſer Schwanz der Froſche, wann ſie einmal ihre vier Füſſe erhalten, nach und nach ver-

http://rcin.org.pl

omnium corporis ſui partium, in perfectas nunc, ſi magnitudinem excipias, mutati fuerit ranas.

Haec fere illa ſunt, quae de rana hac terreſtri fuſca, ratione incrementi ipſius ab ouo, vno eodemque in ſpermate, ſingulis obſeruaui diebus *. Poſtquam vero gyrini mei in tantum adoluerant atque ex aqua prorepere tentabant, de alio, in quem eosdem transferrem, cogitari coepi loco. Aliquot hinc ſumſi vitra cylindracea maiora, et poſtquam eadem ad partem vsque dimidiam terra repleui, ceſpidem huic ſuperimpoſui viridem in quo nonnullos dein collocaui ranunculos. Ceſpidem ipſum aqua crebrius conſperſi ne marceſceret, vtque cernerem vtrum ranunculi, poſt ieiunium ſat diuturnum, gramen ſint deuoraturi. Sed abhorrebant ab illo, ita, vt multi fame enecati ſuerint, donec ipſis muſcas aliaque inſecta viventia minora porrexi, atque has non ſolum auidiſſime ceperunt ſed illico etiam deuorarunt. Diſcebam exin, mutatis partibus externis internisque, illorum etiam ita mutatam fuiſſe naturam, vt cibum, gratum antea, nunc nauſearent; id quod tamen ex parte etiam ori aliter iam conſtructo, aliaque apertura hianti, adſcribendum eſſe mihi videtur.

Quum itaque eiusmodi ranunculi inſectis nutriantur, eademque in terra potius quam in aquis quaerant, mirum non eſt, cateruatim eosdem, vbi nihil impedit, ex aquis in terras prorepere: hinc etiam fit, vt ſub finem Iunii, Iuliiue initium, quo tempore ranae perfectae induere ſolent formam, in locis paludoſis magno ſaepius numero, millenarium longe multumque ſuperante, circumſilientes deprehendantur; ſolent autem veſpertino praeſertim tempore ex aquis prodire; iterque conficere quantum quidem vna nocte emetiri poſſunt. Sed inſtituunt iter hoc noctu, tempeſtate calida, quum interdiu multis obnoxii ſint periculis, ſaepiusque coruis, ſturnis, nec non aliis auibus in praedam cedant; hinc etiam eſt, quod diurno tempore, in campis aeque ac in ſiluis, variis rebus tecti, immoti latitent; cadente tamen pluuia, eliciuntur ex latibulis ſuis, atque tum alacriores redditi, aeque ac tempore veſpertino nocturnoque, tam copioſe vbique oberrant, vt per viam incedentes vix pedem ponere queant, quin plurimos eorum obterant, quum omnia huius ſpeciei ranunculis vndique ſcateant. Interdum tamen, plurimos bufones minores, certae cuiusdam ſpeciei, qui cum ranunculis hisce vno eodemque tempore ſolitam obtinuerunt formam, ſocios habent.

Ex hactenus dictis apparet, fuiſſe ranam noſtram terreſtrem, antequam quatuor ipſius procreſcunt pedes, piſcis quantam ſpeciem; ranunculos autem illos, qui quatuor inſtructi pedibus caudam etiam trahunt, pro monſtroſis

* Hinc p. 7. lin. 27, die duodecimo Aprilis, legendum, die vigeſimo quarto Aprilis.

liehre, und die meinigen, welche den ſechs und zwanzigſten und ſieben und zwanzigſten Junii noch vollkommen damit verſehen waren, hatten theils den ſieben und zwanzigſten, theils aber den acht und zwanzigſten, nur noch die Helffte davon, wie die zwey und dreyſigſte nebſt der drey und dreyſigſten Figur zeiget, und nach Verflus etlicher Stunden hatte er bereits wieder mehr abgenommen, wie wir an der vier und dreyſigſten ſehen; ja nach einem Tag war gar nichts mehr davon wahrzunehmen, ſondern die jungen Frösche gleichten ſodann der fünf und dreyſigſten Figur vollkommen, und waren nunmehr, was die Structur aller ihrer übrigen Theile anbelanget, die Gröſſe ausgenommen, zu vollkommenen Fröschen geworden.

Dieſes wäre nun alſo dasjenige was ich von unſerm braunen Grasfrosch in Anſehung ſeines Wachstumes, vom Ey an bis zur völligen Froſchgeſtalt, an einerley Laich, von Tag zu Tag wahrgenommen*; nachdem es aber ſo weit mit meinen Würmern gekommen, wollten ſie nicht mehr im Waſſer bleiben, und alſo war ich auch bedacht ihnen einen andern Ort zum Aufenthalt zu verſchaffen. Ich füllte dieſemnach etliche groſſe Zuckergläſer bis zur Helffte mit Erde an, und bedeckte ſelbige mit einem friſchen Waſen, auf welchen ich einige meiner jungen Frösche ſezte. Den Waſen beſprengte ich öffters mit Waſſer, um denſelben friſch zu erhalten und zu erfahren, ob die Frösche, nach ihrem langen Faſten, ſich auch wohl vom Gras zu nähren verlangten; alleine dieſes war ihnen keine anſtändige Speiſe, daher dann auch viele derſelben aus Hunger ſtarben, bis ich ihnen endlich Mucken und andere kleine lebendige Inſecte zur Nahrung darreichte, welche ſie mit gröſter Begierde wegſchnapten und ſogleich verſchluckten, ſo, daß ich alſo erfuhr, wie ſie mit Veränderung ihrer inneren und äuſſeren Theile, auch ihre Natur in ſo ferne verändert, daß es ihnen für der zuvor angenehmen Speiſe nunmehr eckelte; wozu auch ihr Mund, der jezt eine ganz andere Structur und Oeffnung hatte, vieles beyzutragen ſchiene.

Da nun alſo dieſe junge Frösche ſich von Inſecten nähren, und ſolche nicht ſowohl im Waſſer als vielmehr auf dem Land ſuchen, ſo iſt es auch kein Wunder, daß ſie ſich in groſſer Menge, wann ſie in ihrer Freyheit ſind, aus dem Waſſer auf das Land begeben; und daher findet man ſie auch in ſumpfichten Gegenden, zu Ende des Junii, oder Anfang des Julii, da ſie eben ihre vollkommene Geſtalt bekommen, vielmals zu tauſenden auf einmal, ſonderlich aber des Abends, da ſie ſich aus dem Waſſer begeben und ſo weit fortkriechen, als es ihnen in einer Nacht möglich iſt. Sie thun ſolches aber bey der Nacht, die noch dazu warm ſeyn mus, weil ſie bey Tage mehrere Verfolgung auszuſtehen haben, und ſonderlich von den Nachſtellungen der Raben, Stahren und anderer Vögel nicht ſicher ſind, daher ſie ſich auch am Tag, ſowohl auf dem freyen Feld, als in Wäldern, unter mancherley Bedeckung, ganz ſtille und verborgen halten, es müſte dann etwann ein Regen fallen: dann da werden ſie alle auf einmal munter, und wandern, ſo gut als ſonſten des Abends und bey Nacht, überall in ſolcher Menge herum, daß man öffters keinen Fus auf der Straſſe ſezen kan, ohne ſelbige zu zertretten, weil alles von dergleichen kleinen Fröschen, dieſer Art, alsdann wimmelt; doch findet ſich unter ſelbigen zuweilen auch eine Menge junger Kröten, von einer gewiſſen Art, welche mit dieſen Fröschen zu einerley Zeit ihre gehörige Form erhalten.

Aus dieſem was bisher erzehlet worden, erhellet nun, daß unſer Grasfrosch, ehe er noch ſeine vier Füſſe bekommet, eine Art eines Fiſches geweſen, und daß diejenigen kleinen Frösche, welche nebſt ihren vier Füſſen auch

* Daher mus es oben auf der 7 Seite lin. 38, ſtatt den zwölfften April, den vier und zwanzigſten April, heiſſen.

http://rcin.org.pl

ſis creaturis neutiquam eſſe habendos, quemadmodum nonnulli quidem perſuaſum habere videntur; ranas vero adultas in piſces rurſus, retrograda mutatione abire, id quod celeberrimus SEBA * affirmat, mihi quidem vix ac ne vix quidem fit veriſimile. Scribit ille ſubire metamorphoſin hanc ranas praeſertim americanas, addit tamen, mutari eadem ratione ranas quoque europaeus; quin hinc rei certitudinem optime ſe adſtruxiſſe putat **, quod binorum eiusmodi ex ranis ortorum piſcium ſtructuram expoſuit internam, partiumque in corpore latitantium oſtendit mutationem. Enimuero licet piſces hi quoad magnitudinem ranam aequent adultam, pedibusque inſtructi ſint raninis, non tamen hinc concludendum eſſe putauerim, fuiſſe piſces hosce ranas, ſed crediderim potius, eſſe eosdem gyrinos in ranas abituros. Fauet huic meae ſententiae quod, hoc ipſo in loco, de ranis ipſi ſermo ſit americanis, inter quas nonnullae tantam habent magnitudinem, vt ſolo corpore ſex ſeptemue aequent pollices, quemadmodum ex ſplendido ipſius patet opere, in quo varias earundem ad vivum delineatas cernimus †. Quod vero de ranis etiam europaeis perhibeat, mutari illas in piſces, hanc quidem ſententiam natam ipſi eſſe puto ex magnitudine nonnullorum gyrinorum, qua illos, ex quibus rana noſtra terreſtris oritur, quosque ſecunda in Tabula delineatos exhibui, longe multumque ſuperant, quemadmodum oſtendam vbi bufones ſum deſcripturus.

Sed monenda etiam ſunt nonnulla de ranis ſic dictis temporariis, vel pluuiis. Legimus paſſim, ſcripſiſſe veteres quod ranis pluerit, vel quod ex terrae puluere maioribusque imbrium guttis, ſimulac hae terram tangant, ranae naſcantur; dantur et adhuc multi inter recentiores qui huic veterum ſententiae adſtipulantur, quin quum aliquando per arua ambularem atque ob pluuiam, derepente ortam, in proximam ſecederem ſiluam, eandem ſub tegmine fagi euitaturus, nec non quicquam in caput meum decidiſſe perciperem, ſimul vero omnia vndique ranunculis ſcatere cernerem, ranunculos hoſce pluiſſe propemodum credidiſſem: viſurus autem vtrum ranunculi in caput meum deciderint, in pileo aridum deprehendi ſurculum, quumque dein, redeunte ſole, ardentioribus eiusdem radiis me ſubducturus, pedem vlterius in ſiluam promouerem, multo plures conſpexi ranunculos, qui tamen ſub continuo ſolis ſplendore ita prorſus euanuerunt, vt rediens ne vnicum quidem amplius cernerem. Diſperiiſſe ſimul ac ſemel tantam ranunculorum copiam, quam initio quidem ſumma cum admiratione contemplatus ſum, vix erat credibile; curioſius itaque illos quaeritans ſub frondibus, virgultis lapidibusque latentes eosdem deprehendi. Data ſic occaſione vlterius in repentinum horum ranunculorum inquiſitui ortum, poſtquam autem ranae terreſtris examen me docuit, prorepere illam, vbi in perfectam abiit ranam, derelicta aqua, in terram, elicique eandem, decidente pluuia e latibulis ſuis, ſententiam illam de pluuia ranarum prorſus repudiaui, ita, vt nunc cum illuſtri RAYO †† perſuaſiſſimum habeam, ſi ranis pluere verum ſit, fieri etiam poſſe vt vitulis pluat: quodſi enim in aere rana naſci poſſit partibus aeque internis ac externis perfecte inſtructa, quaeque naturaliter non ante hebdomadam decimam et quartam, quemadmodum obſeruationes meae docent, abſolutam ranae induit formam, nonne etiam veriſimile eſt, fieri poſſe, vt eodem in aere alia ſimiliter oriantur animalia?

Ride-

auch einen Schwanz haben, für keine auſſerordentliche Creaturen zu halten ſeyn, wie einige zu glauben ſcheinen; daß aber die einmal erwachſene Frösche wieder zu Fiſchen werden, wie Herr Seba * behauptet, kan ich zur Zeit noch nicht glauben. Er meldet zwar ſolches nur fürnehmlich von den americaniſchen Fröschen, ſetzet aber doch auch hinzu, daß ſolches mit den europäiſchen ebenfals geſchehe; ja er meinet auch der Sache Gewisheit dardurch zu beweiſen **, daß er ein Paar ſolcher Froſchfiſche der innern Structur nach beſchreibet, und die Veränderung der im Leib enthaltenen Theile zeiget; alleine ich laſſe mich doch nicht bewegen ihme Beyfall zu geben. Dann obgleich dieſe Fiſche, der Gröſſe nach, einem ausgewachſenen Froſch gleich kommen, und mit Froſchfüſſen verſehen ſind: ſo folget es deswegen doch nicht, daß ſie vorher Frösche geweſen; ſondern ich halte ſolche vielmehr für Froſchwürmer, aus welchen erſt noch Frösche wachſen, und werde in dieſer meiner Meinung um ſo viel mehr beſtärcket; weil er hie von americaniſchen Fröschen redet, deren es welche von ſolcher Gröſſe giebt, daß nur allein ihr Leib eine Länge von ſechs bis ſieben Zollen hat, dergleichen verſchiedene in ſeinem koſtbaren Wercke vorgeſtellet zu ſehen †. Wann er aber ſaget, daß auch die europäiſchen Frösche ſich in Fiſche verwandeln, ſo glaube ich, er ſeye durch die Gröſſe einiger Froſchwürmer zu dieſer Meynung verführet worden, indem es einige giebt die viel gröſſer ſind, als die ich auf der zweyten Tabelle vorgeſtellet habe, aus welchen unſer Erdfroſch entſpringet; und wann ich die Kröten beſchreibe, ſo werde ich ſelbige zu zeigen Gelegenheit haben.

Nun mus ich auch noch etwas von den ſo genannten Regenfröſchen erinnern. Wir finden nämlich hin und wieder, daß die Alten geſchrieben, es habe Frösche geregnet, oder daß aus dem Staub der Erde und den groſſen Regentropffen, ſo gleich wann dieſe die Erde berühren, Frösche entſtünden, und es giebt auch noch heut zu Tage viele, die dieſer Meinung der alten Beyfall geben; ja als ich einmal ſpazieren gieng, und der unverſehens einfallende Regen mich in den nahgelegenen Wald trieb, wo ich unter einer Buche Schutz ſuchte, fiele mir etwas auf den Kopf, zu gleicher Zeit aber wurde ich gewahr, daß alles um mich herum von kleinen Fröſchen wimmelte, und alſo wäre ich bald auf die Gedancken gekommen, es hätte ſelbige geregnet; als ich aber nachſahe, ob mir dann wircklich ſolche Frösche auf den Kopf gefallen wären, fande ich auf meinem Hut ein dürres Reislein, und nachdem die Sonne bald wiederum eben ſo heis als zuvor zu ſcheinen anfieng, mich auch daher weiter in den Wald hinein lockte, erblickte ich noch immer mehrere Frösche; mit anhaltendem Sonnenſchein verlohren ſie ſich aber wieder, ſo, daß als ich meinen Weg zuruck nahm, kein einiger mehr zu ſehen war. So ſehr mich aber ihre Menge anfangs in Verwunderung geſezet, ſo wenig konnte ich glauben, daß ſie auf einmal wieder ſollten verſchwunden ſeyn: ich ſahe mich alſo mit Fleis nach ihnen um, und da fande ich endlich, daß ſie ſich hin und wieder unter die Büſche und Sträuſe, wie auch unter die Steine verborgen hatten. Dieſe Begebenheit gab mir aber Anlas weiter nachzudencken, woher doch ſo viel kleine Frösche auf einmal mögten gekommen ſeyn, und nachdem ich endlich, durch die Unterſuchung ſo ich mit dem Grasfroſch angeſtellet, gefunden, daß ſich ſelbiger, wann er die völlige Froſchgeſtalt erhalten, aus dem Waſſer und auf das Land begebe, auch durch einen einfallenden Regen aus ſeinen Schlupfwinckeln heraus gelocket werde: ſo habe ich der Meinung, daß es Frösche regnen könnte, völlig abgeſaget, und glaube nunmehr vollkommen mit Ray ††, daß wann es Frösche regnen

* Locupletiſſimi rerum naturalium Theſauri accurata deſcriptio. Tom. I. p. 125. Tab. LXXVIII. Ephemerid. Nat. Cur. Ceut. III. & IV. Obſerv. CLXXI. p. 386. ſeqq. Valentini Amphitheatrum zootomicum, p. 1212.

** loc. cit. Tom. II. p. 127. Tab. CX.

† Tom. I. Tab. LXXIV. Fig. 1. Rana, Braſilienſis, orbicularis, Pipæ ſpecies. Tab. LXXV. Fig. 1. Rana maxima, virginiana, eximia, rara, fœmina. Tab. LXXVI. Fig. 1. Rana, marina, Americana, rara, mas.

†† Spiegel der Weisheit und Allmacht GOttes, offenbahret in den Wercken der Erſchaffung, ꝛc. p. 737.

http://rcin.org.pl

Ridebar nonnunquam ab illis, quibus hanc meam aperueram ſententiam, perfrictaque illi contendebant fronte, ſe plus ſimplici vice vidiſſe ranis pluere; quodſi vero ex ipſis quaerebam, vtrum ranae etiam ſub eiusmodi pluuia in ipſorum deciderint corpora? vel, ſe eius rei non amplius recordari regerebant, vel, minus id factum eſſe, coacti confitebantur; illi vero qui affirmabant, vidiſſe ſe ranas pluere eodem illo tempore quo in vrbe pluerat, obmuteſcebant, propoſita quaeſtione, qui factum fuerit, vt in vrbe nullae viſae ſint ranae? Quod vero ad eorum attinet ſententiam, qui autumant, naſci ranunculos pluuios ex imbrium guttis terraeque puluere, quum, ſimulac gutta in terram ceciderit, exſultans oriatur ranunculus; nullo illa refelli poteſt negotio, ex iam memorata perfecta horum ranunculorum ſtructura, tardioreque eorundem incremento. Quodſi tandem ſint qui regerant, vix fieri poſſe, vt tot ranunculi ex aquis prorepant, quot poſt pluuiam copioſiſſime per terras ſparſos cernimus, his ego reſpondeo, apparere ex hac illorum obiectione, ignorare ipſos, quod ſupra iam indicaui, parere ſcilicet vnam tantum ranam foemellam ſexies, quin vndecies centena oua; quod quum ita ſit, atque ab vna foemella minimum ſexies centena oua in aquam eiaculentur, quibusdam vero in locis quamplurimae ranae, atque adeo plures vna habitent foemellae, facile hinc fieri poteſt, vt ex vno tantum ſtagno vel vivario innumeri prorepant ranunculi; prorepunt autem prae reliquis tenellae huius ſpeciei, de qua hic loquor, ranae, quum in terris multoties verſantur.

Poſtquam itaque vidimus quasnam rana noſtra terreſtris ſubeat mutationes, donec perfectam ranae induat formam, ea nunc etiam ſum enarraturus, quae ratione vlterioris incrementi ipſius a me ſunt obſeruata. Nutritur rana haec ſemper, extra aquam vtplurimum vitam degens, inſectis, creſcit etiam prima aeſtate in autumnum vsque magnitudine, vbi vero noctes frigidiores redduntur, frigusue ipſum ingruit, reliquis cum ſociis, ex parte iam adultioribus, in aquas recedit, atque tunc aquas praeſertim petunt viuariorum piſcinarumque ſtagnantes ibidemque ſub limo latitantes, in vernum vsque commorantur tempus, illo enim appropinguante, ex hiſce ſuis eliciuntur rurſus hibernaculis. Sed prodeunt tunc iuniores tantum ranae atque ad ſpeciei propagationem parum idoneae, aetate contra maioribus in aqua commorantibus, donec coierint foemellaeque oua pepererint. Illae, anniculae praeſertim, de quibus hic mihi potiſſimum nunc ſermo eſt, quaeque nunc rurſus in terra quaerunt de quo nutriantur, in eam interim excreſcunt magnitudinem, vt menſibus Iulio Iunioque, integro nunc, ranae ſub forma, completo anno, *figuram 36 Tab. III* aequent. Appropinguante hieme, ſub cuius acceſſum maiores rurſus comparent, vt latibula denuo quaerant coguntur; proximo vero Iulio menſe, quo duos habent annos, ad *Figurae 37* accedunt magnitudinem. Hac aetate deſtituuntur adhuc externis ſexum indicantibus ſignis: omnibus namque alba tunc eſt inferior corporis ſuperficies; neque etiam rana bima ſpeciei propagandae apta eſt, quum ne vllum quidem ſtimuli cuiusdam

könne, auch ein Kälberregen möglich ſeye: dann iſt es möglich, daß in der Luft ein Froſch wachſe, der mit allen ſeinen innerlich und äuſſerlichen Theilen vollkommen verſehen, und wie meine Obſervationen zeigen, bey vierzehen Wochen natürlicher Weiſe braucht, biß er ſeine völlige Geſtalt erhält, warum ſollte es nicht auch andere Thiere in eben der Lufftgegend erzeuget werden können?

Wann ich zuweilen dieſe meine Meinung andern entdeckte, ſo verlachten ſie mich, und behaupteten mit aller Dreiſtigkeit, daß ſie mehr als einmal den Froſchregen geſehen hätten; wann ich aber dieſelbe fragte, ob ihnen dann bey einem ſolchen Regen auch Frösche auf den Leib gefallen wären? ſo ſagten ſie entweder, daß ſie ſich deſſen nicht mehr erinnerten, oder ſie muſten geſtehen, daß ſolches nicht geſchehen; diejenigen aber welche behaupteten, ſie hätten vor dem Thor zu eben der Zeit Frösche regnen ſehen, da es auch in der Stadt geregnet, wuſten mir auf die Frage, warum dann in der Stadt keine Frösche wahrgenommen worden? keine Antwort zu geben. Was nun aber derer ihre Meinung anbelanget, welche dafür halten, es entſtünden die kleinen Regenfrösche aus den gröſſeren Regentropffen und aus der Erde, indem man deutlich ſehe, daß wann ein ſolcher Tropffe auf die Erde falle, ſogleich ein hupfender Froſch daraus werde: ſo iſt ſolche ebenfalls, aus der bereits angeführten Vollkommenheit dieſer kleinen Frösche, und ihrem langſamen Wachsthum, leichtlich zu wiederlegen. Wendet man mir aber endlich ein, es wäre unmöglich, daß ſo viele kleine Frösche auf einmal aus dem Waſſer herfür kriechen könnten, indem man ja nach einem gefallenen Regen auf dem Land eine unzehliche Menge wahrnehme: ſo mus derjenige, der mir einen ſolchen Einwurf machet, nicht wiſſen, daß ein einiges Froſchweiblein, wie ich bereits oben geſaget habe, bey ſechshundert, ja bey eilfhundert Eyer von ſich gebe, da es ſich nun aber alſo verhält, und wenigſtens ſechshundert Eyer, von einem Weiblein, in das Waſſer geleget worden, in manchen Orten aber ſich ſehr viel Frösche, und alſo auch mehr als ein Weiblein aufhalten: ſo iſt es auch gar wohl möglich, daß nur aus einem Weyher eine unzehliche Menge junger Frösche herfürkriechen können: ſolches aber pflegen ſonderlich die jungen dieſer Art, welche ich hier beſchreibe, zu thun; weil ſie ſich auf der Erde vielmals aufzuhalten pflegen.

Nachdem wir nun geſehen, was mit unſerem Grasfroſch vorgehe, bis er das völlige Anſehen eines Froſches erlanget, ſo will ich nunmehr auch dasjenige anzeigen, was ich in Anſehung ſeines ferneren Wachsthumes beobachtet habe. Er nähret ſich als Froſch allezeit, und zwar meiſtens auſſerhalb des Waſſers, von Inſecten, wird auch noch im erſten Sommer und bis gegen den Herbſt hin, um ein merckliches gröſſer, als er anfangs geweſen; wann aber die Nächte kalt zu werden anfangen, oder wann ſich der Froſt einſtellet, ſo begiebt er ſich, nebſt ſeinen andern und zum Theil ſchon ältern Geſellen, wieder in das Waſſer, und da wählen ſie vornehmlich das in Teichen und Sümpfen ſtillſtehende Waſſer, in welchem ſie ſich auf dem Boden unter den Schlam verbergen, bis ſie der anbrechende Frühling aus dieſem ihrem Winterquartier wieder hervor locket. Doch gehen alsdann nur die jungen, und zur Fortpflanzung ihres Geſchlechtes noch untüchtige Frösche an das Land; da hingegen die alten noch ſo lange im Waſſer bleiben, bis ſie ſich gepaaret und die Weiblein gelaichet haben. Jene, und zwar ſonderlich die jährigen, von welchen jezt eigentlich die Rede iſt, und die nunmehr auf dem Lande ihrer Nahrung von neuem angehen, wachſen unterdeſſen um ein merckliches, ſo, daß ſie im Junio und Julio, wann dieſelben von der Zeit an da ſie als vollkommene Frösche erſchienen, ein völliges Jahr zuruck geleget, diejenige Gröſſe haben, in welcher wir einen derſelben *Fig. 36 Tab. III* ſehen. Der darauf folgende Winter, bis zu welches Ankunfft ſie

noch

http://rcin.org.pl

iusdam praebeat indicium, quin licet, tempore illo quo plurimae ranae adultiores coitum exercentes cernuntur, omni adhibita opera in rem hanc inquiras, nunquam tamen huius aetatis magnitudinisque ranam, coitu cum alia iunctam deprehendes, quippe quae non, nisi quartam post hiemem, negotio huic apta euadit. Quemadmodum itaque animalia quaedam, vt oues, canes, lepores, capreae &c., genus gallinaceum, anseres, anates multaeque aliae aues, primo aetatis suae anno exacto, quaedam vero, vt equi, cerui, boues, pauones, struthiones, aliaeque aues peregrinae, nec non plurimi piscium nostratium, tertium post annum ad generationis opus idonea euadunt: sic etiam rana nostra, tertio demum aetatis anno, eidem negotio operari solet. Vbi vero quartum aetatis agit annum, sexus ex signis externis, superius iam indicatis, dignosci potest: tum enim albent masculo abdomen atque gula, in foemella vero flauescunt partes eaedem maculisque conspersae sunt rufis; in illo insuper tument nigrescuntque, generationis tempore, anteriorum pedum pollices. Monstrant *figurae 38 et 39* binas eiusmodi ranas quadriennes, aestate, elapso iam generationis tempore, a me delineatas: sistitur autem *figura 38* foemella, *fig. 39* masculus. Exacto vero quarto aetatis anno, nondum ranis hisce propius vitae suae instat terminus; videtur potius diuersa earundem, quam passim habent, magnitudo indicare, viuere easdem duodecim fere annos. Sistit *figura 40* maximam, quam vnquam vidi, huius speciei ranam, quae vltra octauum aetatis annum vixisse mihi videtur. Erat illa foeminei sexus, quumque tempore autumnali, quo ipsam delineaui, ouarium ranarum multis denuo repletum sit ouis, hinc etiam huius venter valde tum intumuerat. Depinxi vero ipsam hanc ranam non solum ob singularem eius magnitudinem, sed etiam ob colorem minus vulgarem, ex flauo quippe vndique rufescens, maculis fere carebat obscurioribus; enimuero ea est inter ranas hasce, ratione coloris varietas, vt centum inter, vix binas reperias prorsus sibi similes: quaedam enim fundum ostendunt fuscum, quaedam ex flauo fuscum, quaedam ex rufo flauescentem, eumque nunc saturiatiorem nunc lucidiorem; quin dantur maculis fuscis, tigridis instar, consperſae; aliae rursus femora tantum eiusmodi maculis variata gerunt, atque omnem hanc varietatem, ipsis in *figuris III Tabulae*, quantum quidem fieri potuit, ob oculos ponere studui. Rariores sunt ranae *fig. 40* magnitudine aequantes, ita, vt vix vigesima quaeque huic similis deprehendatur, praeter enim ciconias, aues quoque aliae, pisces, nec non mures ranis insidiantur, plurimas earundem quotannis deuorantes, ita, vt exiguus earum sit numerus quae mediam superent aetatem.

Quum rana nostra fusca terrestris insectis nutriatur volitantibus aeque ac serpentibus, id quod supra iam indicaui, hinc etiam, finito generationis tempore, cibi causſa in terram sese conferens, maximam veris aestatisque partem ibidem commoratur, atque proin ranam fuscam terrestrem ean-

noch mehr an Grösse zugenommen, zwingt sie wieder sich zu verbergen, und wann sie im folgenden Julio das zweyte Jahr erreichet, erscheinen sie in der Grösse der 37 Figur. In diesem Alter kan man dieselben, in Ansehung der äusserlichen Kennzeichen des Geschlechtes, noch nicht von einander unterscheiden: dann sie sind noch alle auf der Unterfläche des Leibs ganz weis; auch ist ein zweyjähriger Frosch noch nicht im Stand sein Geschlecht fortzupflanzen, und es scheinet gar nicht, daß sich nur der geringste Trieb dazu bey ihm finde; ja man mag gleich zu derjenigen Zeit, da man die ältern Frösche in Menge gepaaret antrifft, noch so genau auf sie Acht geben, so wird man doch niemalen einen Frosch von diesem Alter, und von dieser Grösse gepaaret finden; sondern sie müssen noch zwey Winter überleben, ehe sie dazu tüchtig werden. Gleichwie nun also einige Thiere, als Schafe, Hunde, Hasen, Rehe, Hüner, Gänse, Enten, und viele andere Vögel, nach Verflus eines Jahres zur Paarung tüchtig werden, einige aber auch ein dreyjähriges Alter darzu nöthig haben, als wie zum Exempel die Pferde, Hirschen, das Rindvieh, Pfauen, Strausſen, nebst andern ausländischen Vögeln und den meisten Fischen hiesiges Landes: so pflegt auch unser Frosch erst nach dem dritten Jahr diesem Geschäffte obzuliegen; hat er nun aber sein viertes Jahr fast erreichet, so kan man an ihm das Geschlecht, nach den äusserlichen, oben bereits angezeigten Kennzeichen gar wohl unterscheiden: dann nunmeyr hat das Männlein einen weissen Bauch und eine gleichfärbige Kehle, das Weiblein aber ist an diesen Theilen gelblicht, und rothbraun besprenget; auch sind bey jenem zur Zeit der Paarung die Daumen der vordern Füsse schwarz und aufgelauffen. Die 38 und 39 Figur stellen zwey solche vierjährige Frösche vor, die ich aber erst lange nach der Laichzeit im Sommer abgebildet habe: *Fig. 38* ist ein Weiblein, und *Fig. 39*, ein Männlein. Haben aber die Frösche ihr viertes Jahr zuruck geleget, so sind sie deswegen dem Ende ihres Lebens noch nicht nahe; sondern es läst sich vielmehr aus der verschiedenen Grösse, in welcher man dieselben findet, schliessen, daß sich ihr Leben auch wohl bis in das zwölffte Jahr erstrecke. In der 40 Figur habe ich einen der grösten, so mir noch zu Gesicht gekommen, vorgestellet, welcher wohl ein Alter von mehr als acht Jahren mag erreichet haben. Er war weiblichen Geschlechtes, da nun aber im Herbst, als zu welcher Zeit ich selbigen abgemahlet, der Eyerstock der Frösche bereits wieder mit vielen Eyern angefüllet ist, so war auch an diesem der Leib ziemlich aufgeschwollen. Es bewegte mich aber nicht allein die besondere Grösse diesen Frosch abzubilden, sondern auch seine ungewöhnliche und seltene Farbe, indem er nämlich über und über gelblicht rothbraun aussahe, und wenig dunckle Flecken zeigte; wiewohl auch diese Frösche der Farbe nach so unterschieden sind, daß man unter hunderten nicht zwey finden wird, die hierinnen vollkommen miteinander übereinkämen, indem einige einen dunckelbraunen, einige einen gelblichtbraunen, und einige einen röthlichgelben Grund führen, welcher ebenfals bald dunckler bald heller ausfällt; ja etliche sind über und über gleich einem Tiger mit duncklen Flecken bespreuget; und bey andern zeigen sich dieselben nur an den dicken Schenckeln, wie solches an den fünf Figuren unserer *III Tab.* so viel möglich angezeiget worden. Die Frösche so die Grösse der 40 Figur haben, sind etwas selten, und man wird wohl ehender zwanzig andere als einen solchen antreffen, indem selbige, ausser den Störchen, auch andere Vögel, Fische und Mäuse zu Feinden haben, welche jährlich gar viele aufzehren und die wenigsten alt werden lassen.

Da die Nahrung unseres braunen Grasfrosches, aus verschiedenen fliegenden und kriechenden Insecten bestehet, wie bereits gemeldet worden, so hält er sich auch, so bald seine Laichzeit vorbey, und er mit Aufsuchung seiner Nahrung beschäfftiget ist, den ganzen Frühling

http://rcin.org.pl

eandem appellaui. Praedam vix venatur, eandem potius praeſtolans, nec vllum vnquam deuorabit inſectum motu deſtitutum. Quodſi vero inſectum quoddam conſpiciat, immota ſedet, vbi vero illud propius ad ſe acceſſiſſe ipſi videtur, fulguris inſtar ad pedis dimidii longitudinem in illud inuolat, linguamque mire conformatam, nec non praelongam exerens, inſectum arripit, integrumque deuorat. Qua ratione hoc peragatur *Figura* indicat *38*, vbi et lingua apparet, quam mire conformatam eſſe dixi, quod in ore ranae poſteriora verſus reflexa, anterius ad inferiorem adhaereſcit maxillam *c*; hinc vero eſt, quod rana linguam ſuam non ſolum longius quam reliqua animalia exſerat, ſed eſt eadem ſic quoque comparata, vt et longitudine et latitudine augeri minuique poſſit, humore inſuper ſcatet adeo glutinoſo, vt quicquid ea tangatur illico adhaereſcat. Anterius in duas illa diuiditur breues acuminatasque partes *b*, quibus ipſis rana praedam arripere videtur, quae heic quidem eruca eſt *a*, quam geometram dicunt. Reliqua hac de lingua dicenda in ſequentibus, data occaſione, proponemus.

und Sommer hindurch in dem Gras auf; dieſes aber hat mich bewogen ihm den Namen des brauneu Grasfroſches beyzulegen. Seine Beute pfleget er mehr zu erwarten als aufzuſuchen, und er wird kein Inſect verſchlucken, wann es ſich nicht beweget. Kommet ihm aber eines für die Augen, ſo bleibet er ganz unbeweglich ſizen, biß er ſolches nahe genug zu ſeyn glaubet, und da fähret er auf ſelbiges, öffters einen halben Schuh weit, wie ein Bliz zu, ſchlägt aber dabey zu gleicher Zeit ſeine ganz beſondere, lange Zunge heraus, und ziehet durch ſelbige das Inſect in ſeinen Rachen, welches er ſodann auf einmal verſchlinget. Dieſe Art den Raub zu fangen ſtellet uns die 38 Figur vor, wo wir dann auch die Zunge ſehen, welche ich deswegen beſonder nenne, weil ſie in dem Rachen des Froſches ruckwärts lieget, und vornen bey *c*, an dem untern Kiefer angewachſen iſt; dieſe Einrichtung aber hilfft nicht nur allein darzu, daß ſie der Froſch länger, als andere Thiere ihre Zungen herausſchlagen kan, ſondern ſie iſt auch noch überdem ſo beſchaffen, daß ſie ſich ſo wohl der Länge als der Breite nach ausdehnen und zuſammen ziehen läſt; auch iſt ſie dabey mit einem ſo klebrichten Schleim überzogen, daß alles was von ſelbiger berühret wird, ſo gleich daran behangen bleibet. Vornen bey *b* theilt ſie ſich in zwey kurze Spizen, und mit ſelbigen ſcheinet der Froſch ſeine Beute zu umfaſſen, welches hier eine Raupe *a*, derjenigen Art iſt, die ſonſten die Inſecten-Kenner Spannenmeſſer heiſſen. Ein mehreres von dieſer Zunge zu melden, werden wir in folgenden Gelegenheit bekommen.

Porrexi ſaepius, non ſine oblectamento, eiusmodi ranis, quas gramineo ceſpidi inſidentes in vitris ſeruabam, muſcas aliaque inſecta viuentia, quumque aliquando vni ex illis araneam mediocris offerrem magnitudinis, deuorauit eandem rana ſimulac illa mouebatur, neque ipſam illam faſtidire obſeruare potui. Alii cuidam veſpas apesque porrexi, licetque veſpam illico hauſerit, haud tamen ipſi grata erat: iterata enim anxiaque pedum anteriorum agitatione eandem ex ore remouere tentabat, acſi veſpae aculeo laeſa fuiſſet; quin inueni eandem poſtridie in vitro mortuam atque proin vomitu redditam. Ope conuexorum prominentiumque oculorum, facile omnia illa cernit rana, quae vel ante vel poſt ipſam ſita ſunt, proindeque praeda aeque ac hoſtes illico ab illa conſpiciuntur. Nares anterius ſupra os poſitae indicantur *Fig. 39 lit. d* Pone oculos, inferiora verſus, vbi fuſca illa vtroque in latere comparet macula, pedes anteriores verſus extenſa, ſedem ſuam habent aures, quarum alteram *Figura 40* ad *e* ſiſtit. Sunt illae tam planae, vt, niſi diſtincto cingerentur circulo, vix cernerentur. Pedes poſtici ranae noſtrae, natatores aeque ac ſaltatores dici poſſunt: eorum namque ope et natatui et ſaltui apta redditur. Saltu diſtinguitur etiam ex parte a bufonibus, quibus quoad colorem haud abſimilis eſt: bufones enim vix ſaliunt, rana contra haecce ſaltu in altum aeque ac longinquum fertur.

Ich habe mir öffters das Vergnügen gemachet, und verſchiedene Frösche, die ich auf einem grünen Waſen in Gläſern verwahret hielt, mit Mucken und andern lebenden Inſecten gefüttert. Einsmals reichte ich einem derſelbigen auch eine mittelmäßige Spinne dar, welche der Froſch ſo gleich, als ſie ſich zu bewegen anfieng, verſchluckte, ohne daß ich gemercket hätte, daß ihm ſolche zuwieder geweſen wäre. Einem andern warf ich Weſpen und Bienen vor: die Weſpe aber wollte ſelbigem, ob er ſie gleich verſchluckte doch nicht anſtehen: dann er bemühte ſich nicht nur allein dieſelbe, durch mancherley ängſtliche Bewegung ſeiner vordern Füſſe, wieder aus dem Mund zu bringen, eben als ob ſie ihn geſtochen hätte; ſondern ich fande ſie auch des andern Tages tod in dem Glas liegen, ſo, daß er ſie alſo wieder von ſich gegeben hatte. Durch Hülffe ſeiner erhabenen und ſtarck hervorſtehenden Augen, kan der Froſch ſo wohl vor ſich als hinter ſich ſehen, und alſo nicht nur allein ſeine Beute, ſondern auch ſeine Feinde um ſo viel ehender entdecken. Die Naſenlöcher welche ſich vornen über dem Mund befinden, ſind in der 39 Figur mit *d*, angezeiget. Hinter den Augen, ſtehen zu beeden Seiten, etwas nach unten zu, in einem groſſen dunckelbraunen Flecken der ſich gegen die vordern Füſſe herab erſtrecket, die beeden Ohren, deren eines wir in der 40 Figur, bey *e*, ſehen: ſie ſind ſo flach, daß man ſie leicht überſehen würde, wann ſie nicht einen ſo deutlichen Umris hätten. Die hintern Füſſe unſeres Froſches können ſo wohl Schwimm- als Springfüſſe genennet werden, indem ſie ihm eben ſo zum Schwimmen als zum Springen dienen, und durch dieſes letztere unterſcheidet er ſich auch einiger maſſen von den Kröten, mit welchen er ſonſt der Farbe nach ziemlich übereinkommet: dann dieſe ſpringen faſt gar nicht, unſer Froſch hingegen macht ſehr hohe und weite Sprünge.

Quum rana haecce terreſtris bufonibus aliquatenus ſimilis ſit, non mirum eſt, multos dari qui eandem virulentae indolis eſſe putent, licet experientia contrarium prorſus doceat. Notum quippe eſt cedere crura poſteriora ranarum in cibum, quamvis vero eum in finem ranae tantum aquaticae eaeque virides eligantur, minime tamen illud curant homines eum in finem ranas captantes, quippe qui et crura ranarum terreſtrium, nec non bufonum quorundam, cute detracta, in foro venundant. Accedit huc quod

Da dieſer Grasfroſch den Kröten in etwas gleichet, ſo iſt es kein Wunder daß ihn auch viele für vergifftet halten; unterdeſſen lehret doch die Erfahrung ein ganz anders. Wir wiſſen nämlich daß die hintern Viertel der Frösche verſpeiſet werden, ob man nun aber gleich hierzu die grünen Waſſerfröſche wählet, ſo nehmen es doch diejenigen ſo die Frösche zu dieſem Ende fangen ſo genau nicht, und bringen ſowohl die Viertel der Grasfröſche und einiger Kröten, als der Waſſerfröſche, nach abgezogener

http://rcin.org.pl

quod verno iam tempore hoc utamur cibo, quo ipso rana aquatica, in aquis adhuc latitans, nullibi apparet. Vidi id hoc quoque anno: quum enim Martio iam mense, ob soles continuos, calidiore frueremur tempestate, plurimae e latibulis suis eliciebantur ranae terrestres, nostroque in foro vendebantur, nunquam tamen audire me memini, quemquam ex esu illarum damni quicquam cepisse; quodsi vero venenatae essent, comestae vomitu saltem reiicerentur. Id porro hac de rana notandum est; illos qui gammaris fluuiatilibus captandis operam nauant, eumque in finem ranis vtuntur excoriatis, ranas tantum adhibere terrestres, quum gammari non nisi has appetant. Quod reliquum est, ranam nostram terrestrem, ranam appellant mutam, quum non aeque ac rana maior aquatica, et rana viridis, canora sit; quam tamen ob caussam prorsus muta dici non potest: quemadmodum enim mares tantum ranarum vocalium, & alio tempore, & illo quo coeunt, vlulatum eiiciunt, atque hinc, PLINIO * referente, ololygones vocantur, sic haec quoque species, coitus praesertim tempore, nec non vbi turbatur vexaturque, vocem edere solet; quae tamen parum clara est, atque ab aliarum ranarum voce facile distinguitur, quum non coaxent sed potius grunniant. Nec mares tantum hanc mittunt vocem, nam et foemellas eandem nonnunquam, rariorem tamen subnisioremque, edere notavi.

Haec erat summa mearum hac de ranarum specie obseruationum, quum et partium internarum, earum praesertim quae ad generationis negotium pertinent, structuram curatius eram examinaturus; sed ranam eum in finem aperturus, incisa cute, eandem a musculis subiacentibus facile ex parte separari animaduerti, atque hinc omnem detraxi. Hoc peracto non nulla obseruaui notatu digna, quae, vt ranam hanc ab inferiore superficie depictam *quarta* in *Tabula*, nunc perlustranda, exhiberem, me permoverunt.

Sistitur autem hac in tabula *Fig. 1* delineatio ranae maris, quem quoque binae illae indicant vesicae ad inferioris maxillae latera positae et litteris *a a* signatae, quae non nisi in rana vlulante, vel vbi aere per os naresue impulso sufflantur, in conspectum veniunt. Quodsi cute detracta propius considerentur, ex fibris carneis transuersalibus compositas esse patet, quumque rana vlulans easdem inflet, illam in emittenda voce omnino iuuare videntur. Foemina tamen quae, quemadmodum iam dictum est, similem vlulatum eiicit, iisdem caret, vt itaque marem tantum vesiculae hae indicent. Nulla ceterum alia eiusmodi in rana, cute detracta, cernitur, quod structuram attinet externam, differentia, si pedes excipias, anticos aeque ac posticos, in rana masculo torosiores.

Quum prima vice ranae foemellae hujus speciei cutem detraxissem, in vtroque Thoracis latere, singularem quandam eamque paruam, non sine admiratione, obseruaui aper-

*Nat. Hist. Lib. XI. Cap. 37.

gener Haut zu Marckt. Dazu kommt auch noch daß man diese Speise bereits im Frühling geniesset, da doch zu dieser Jahrszeit der Wasserfrosch sich gar noch nicht sehen lässt, und noch im Wasser verborgen steckt; der Grasfrosch aber bereits häuffig zu finden ist. Solches habe ich auch in diesem Jahr wahrgenommen: dann da wir schon im Merzen, bey anhaltendem Sonnenschein ziemlich warmes Wetter hatten, so kamen die Grasfrösche häuffig aus ihren Schlupfwinckeln herfür, und wurden auch auf unserem Marckt in Menge verkaufft, unterdeßen aber weis ich mich nicht zu erinnern, jemals gehöret zu haben, daß diejenigen so von selbigen gespeiset, davon Schaden gelitten hätten; sollten sie aber vergifftet seyn, so müste sich solches, bey denjenigen die von dergleichen Fröschen genossen, wenigstens durch ein Erbrechen äussern. Auch ist dieses noch etwas merckwürdiges, daß diejenigen welche den Krebsfang treiben, und sich zu diesem Ende der Frösche bedienen, denen sie vorher die Haut abgezogen, keine andern Frösche als die Grasfrösche gebrauchen können, weil die Krebse nur diese allein anfallen. Sonsten wird auch unser Grasfrosch der stumme Frosch genannt, weil man ihn nicht, gleich dem grossen Wasserfrosch und dem Laubfrosch quacken höret; alleine er ist deswegen doch nicht ganz stumm: dann gleichwie nur die Männlein der quackenden Frösche so wohl sonst, als auch zur Paarungszeit schreyen, und daher, wie Plinius * saget, Ololygones genannt werden, so pflegt diese Art, wann die Paarungszeit da ist, sich eben auch und wann sie etwann sonst beunruhiget wird, hören zu lassen; doch ist ihr Geschrey nicht gar laut, kan aber von dem Geschrey anderer Frösche gar wohl unterschieden werden, indem es mehr ein Grunzen zu nennen. Jedoch es pflegen die Männlein diesen Laut nicht allein von sich zu geben: dann ich habe bemerket, daß die Weiblein zuweilen eben auch, aber nicht so offt und laut grunzen.

Bis hieher war ich mit meinen Anmerkungen über diese Froschart gekommen, als ich den Entschlus fasste, auch die innern Theile, sonderlich aber diejenigen so zur Erzeugung gehören, genauer zu untersuchen; als ich aber einen Frosch zu diesem Ende öffnen wollte, und nur alleine die Haut durchschnitten hatte, welche zum Theil von den darunter liegenden Musceln sogleich losgieng, zog ich sie ihm endlich ganz ab, und wurde dadurch ein und anders gewahr, welches besonders angemercket zu werden verdienet; daher habe ich auch diesen Frosch von der untern Fläche, auf der *IV* Tabelle, in der ersten Figur abgebildet, und diese wollen wir nun betrachten.

Ich habe zu dieser Abbildung *Fig. 1* ein Männlein genommen, und solches geben die am untern Kiefer zu beeden Seiten befindliche zwey Blasen zu erkennen, die mit *a a* bezeichnet sind, sich aber sonsten am Frosch nicht zeigen, als wann er schreyet, oder man ihn in den Mund, oder auch durch ein Nasenloch, Lufft einbläset. Betrachtet man sie, so aufgeblasen, nach abgezogener Haut, so siehet man daß sie aus musculösen Quersasern bestehen, und weil der Frosch dieselben beym Schreyen aufbläset, als scheinet es allerdings, daß sie vieles zu diesem Laut beytragen; wiewohl sie an dem Weiblein, welches, wie oben gemeldet worden ebenfals zuweilen ein Geschrey hören lässt, gar nicht zu finden sind, so, daß dieselben nur allein ein Kennzeichen des männlichen Geschlechtes abgeben. Keinen andern Unterschied des Geschlechtes aber wird man an einem solchen Frosch, nach abgezogener Haut, was die äusserliche Structur anbelanget, nicht wahrnehmen, ausser daß am Männlein die hintern und vordern Füsse stärckere Musceln haben.

Als ich das erstemal einem solchen Frosch, welcher ein Weiblein war, die Haut abgezogen hatte, bemerckte ich an beeden Seiten der Brust eine besondere kleine

http://rcin.org.pl

perturam, quam litterae *b b* indicant. Cogitabam illico quum illas conſpiciebam, numne illae fortaſſis eſſent aperturae, per quas, ex eorum ſententia qui nobis perſuadere ſatagunt, concipere ranas per thoracem, ſemen ex pollice maris tumente, quem ipſi huic loco apprimit, in foemellae corpus transeat. Res itaque haec indagatione digna mihi videbatur; licet vero eum in finem plures ranas excoriauerim, multaque opera canalem illum quaeſiuerim, qui hoc in loco, vti quidem credeebam, aperiretur, ſemper tamen vidi, muſculis illis qui aperturam hanc cingebant ſeparatis, eſſe illam nil niſi ipſorum horum muſculorum interſtitium, non ſolum in rana foemella, ſed in maſculo etiam ſemper conſpiciendum: quin nulla prorſus aderat apertura; tegebatur enim interſtitium hoc tenui illa membrana, qua omnes muſculi generatim obducuntur. Quodſi Auctor ſententiae modo relatae, hoc aperturam mentiens vidiſſet interſtitium, nullum eſt dubium, quin eo ipſo ad firmandam illam ſuiſſet vſus: adeo enim de hoc ſuo inuento gloriatur, vt omnia illa quae alii hac de re, quam ipſo curatius rimati ſunt, ſcripſere, tanquam mere falſa prorſus reiiciat: quum enim non ignorabat, extendi huc vsque in ranis foemellis vteri tubas, vel ouiductus, praetereaque perſuaſum habet, inſeri illos thoraci, nil niſi aperturae eorum deerant.

Indicant litterae *c c* in *prima hac figura*, ſternum, quod vnacum cartilagine ſua dimidiam circuli aream refert, in cuius medio os ipſum ſterni crucem format. Ambo illi ab oſſe ſterni, os pubis verſus excurrentes muſculi *d d*, *d d* ſignati, ſunt muſculi, quos rectos vulgo dicunt; reliquarum partium muſculoſarum, hic quoque conſpectui ſe ſiſtentium enumeratione ſuperſedeo, quum muſculorum ranæ deſcriptionem minus ſim daturus.

Quemadmodum vero in rana, cute non detracta, ne tantillum quidem membri genitalis in regione pubis cernitur: ſic etiam detracta illa nullum eiusdem adeſt indicium; hinc autem natae videntur ſingulares illae de generatione ranarum, ſub initum ſtatim huius hiſtoriae, relatae ſententiae, quas auctores illarum vix fuiſſent propoſituri, ſi cogitaſſent, plures dari creaturas, nullis genus diſtinguentibus et ad generationem ſeruientibus partibus externis praeditas, vt lacertas, ſerpentes, piſces omnesque aues; quae tamen interius iisdem omnino ſunt inſtructae, aeque ac ranae, vti iamiam poſteriori in capite ſumus oſtenſuri, in quo inſuper Lector beneuolus, et reliquarum hac in tabula exhibitarum figurarum inueniet deſcriptionem: quas namque repraeſentant, ad internas ranae referendae proprie ſunt partes, de quibus eo ipſo in capite ſermo mihi erit. Prius tamen quam hunc inſtituam, tres addendae ſunt obſeruationes, ad hoc caput ſpectantes, quasque habui, prioribus huius Hiſtoriae naturalis foliis iam impreſſis. Prima ad generationem attinet ranarum harum terreſtrium; ſecunda ad oculos; tertia ad appendices illas fimbriatas gyrinorum, quarum ſuperius, p. 8 et 9, mentio fuit facta.

Quod ad primam, gauiſi ſumus ſub initium huius 1750 anni, ob ſoles continuos tempeſtate ſic ſatis calida, quum-

Oeffnung, ſo mich nicht wenig befremdete, und welche durch die Buchſtaben *b b* angedeutet wird. Es fiel mir bey Erblickung derſelbigen ſo gleich ein, ob ſie nicht etwann diejenigen Oeffnungen ſeyn mögten, durch welche, nach der Meinung derer, die uns bereden wollen, die Empfängnus geſchehe bey den Fröſchen durch die Bruſt, der Saame aus den aufgeſchwollenen Daumen des Männleins, welche es eben an dieſem Ort anleget, in des Weibleins Leib komme. Die Sache war alſo einer genauern Unterſuchung werth; alleine ob ich deswegen gleich mehr als einem Froſch die Haut abgezogen, und mir viele Mühe gegeben, um einen Canal ausfindig zu machen der, meiner Meinung nach, hier ſeine Oeffnung hätte, ſo fand ich doch allezeit, nach Abſonderung der Muſceln, welche um dieſe Oeffnung herum lagen, daß ſie nur alleine durch den Zwiſchenraum dieſer Muſceln formiret wurde, und daß ſie dem Weiblein nicht alleine eigen, ſondern auch am Männlein allezeit zugegen ſeye; ja es war nicht einmal eine Oeffnung da, weil dieſen Zwiſchenraum der Muſceln ein zartes Häutlein, womit alle Muſceln überhaupts überzogen ſind, bedeckte. Hätte der Auctor obiger Meinung dieſen eine Oeffnung vorſtellenden Zwiſchenraum wahrgenommen, ſo würde er ſich zu Unterſtüzung ſeiner Meinung derſelbigen unfehlbar bedienet haben, zumalen da er von ſolcher ſo eingenommen iſt, daß er ſich nicht ſcheuet, alles dasjenige ſchlechterdings als falſch zu verwerffen, was andere davon geſchrieben die viel beſſer als er die Sache unterſuchet haben: dann da ihm bekannt war, daß ſich die im Froſchweiblein an der Mutter befindliche Eyergänge bis hieher erſtrecken, ja ſelbiger noch dazu glaubet daß ſie in die Haut der Bruſt giengen, ſo fehlte ihm nur noch ihre Oeffnung.

Mit *c c* wird an dieſer 1 Figur das Bruſtbein angezeiget, welches nebſt ſeinem Knorpel die halbe Fläche eines Kreiſes vorſtellet, in deren Mitte das eigentliche Bein ein verſchoben Kreuz formiret. Die von dieſem Bruſtbein bis an das Schambein ſich erſtreckende beede mit *d d*, *d d* bezeichnete Muſceln, ſind die ſo genannten geraden Muſceln; die übrigen ſich hier zeigende muſculöſen Theile aber, habe ich nicht beſonders anzeigen wollen; weil meine Abſicht nicht dahin gehet, von den Muſceln des Froſches eine Beſchreibung zu geben.

So wenig man ſonſten an einem Froſch der ſeine Haut noch hat, um die Gegend der Scham, etwas von einem Zeugungsglied wahrnimmt: ſo wenig ſiehet man auch von ſelbigem nach abgezogener Haut; dieſes aber mag wohl zu einigen, gleich anfangs angeführten beſondern Meinungen von Erzeugung der Fröſche, Anlas gegeben haben, welche die Urheber derſelben nicht ſo ſchlecht hin würden vorgetragen haben, wann ſie überleget hätten, daß es mehrere Creaturen gebe an welchen man zwar, äuſſerlich, keine das Geſchlecht unterſcheidende, und zur Zeugung dienende Gliedmaſſen findet, wie zum Exempel an den Eydexen, Schlangen, Fiſchen und allen Vögeln, die aber doch innerlich, eben ſo wohl als die Fröſche damit verſehen ſind, wie nun ſogleich in dem zweyten Capitel ſoll gezeiget werden, in welchem auch der geneigte Leſer die Beſchreibung der übrigen Figuren, ſo auf der vierten Tabelle ſtehen, antreffen wird, weil ſie eigentlich zu den innern Theilen des Froſches gehören, von welchen ich mir in ſelbigem zu handeln vorgenommen habe; doch muß ich vorher noch dreyerley Anmerckungen herſezen, welche zu dieſem Capitel gehören, und von mir gemachet worden, da die erſten Bogen dieſer natürlichen Hiſtorie bereits abgedruckt waren. Die eine betrifft die Paarung dieſer Grasfröſche; die andere gehet die Augen an; die dritte aber diejenige gefranzten Anhänge der Froſchwürmer von welchen oben Bl. 8 u. 9 Meldung geſchehen.

Was die erſte betrifft, ſo haben wir in dieſem 1750 Jahr, bald anfangs, bey anhaltendem Sonnenſchein ziem-

http://rcin.org.pl

quumque hinc ranae noſtrae terreſtres, ſolito citius ex hibernaculis ſuis, vel limo aquarum, elicerentur, eas iam die quarto quintoque Martii menſis copulatas non ſolum inueni, ſed vidi etiam, die ſeptimo atque octauo, ſperma illarum aquis innatans. Data ſic occaſione denuo omnem impendi operam, vt, qua ratione generationis perficeretur negotium, diſtinctius cernerem. Vidi itaque iterum, foemellam poſticam corporis ſui partem nonnihil motantem, maſculumque officii ſui quaſi commonefacientem: hinc deſcendebant copulati adhuc in fundum, quumque hoc facto maſculus poſticam corporis ſui partem iteratis vicibus ad foemellae anum admouiſſet, mox haec ſperma ſuum emiſit, ita vt momenti ſpatio omne illud, maſſae inſtar, fundo vaſis incumberet. Dereliquit tunc maſculus foemellam, amboque celerrime ab inuicem ſeceſſere. Solent nonnullae foemellae ſperma ad digiti craſſitudinem ſimul ac ſemel eiicere; interquieſcunt aliae, horae ſpatium partu conſumentes.

Qui auem propius conſiderauit, non potuit non videre, inſtructum eſſe oculum eiusdem membrana tenui, qua omnem oculi globum, quaqua patet, cooperit, quamque membranam nictitantem, germanice cum celeberr. ZORNIO * *das Winckhaeutlein*, appellant. Eſt ranis ſimilis fere membrana, quoad ſtructuram tamen paulum diuerſa, quam, aquae immerſae, ab inferioribus ſuperiora verſus mouent, oculoque ſuperinducunt, quemadmodum, in rana in vas vitreum aqua repletum immiſſa, quilibet facile cernere poterit. Eſt vero membrana haecce adeo pellucida, vt rana ſub aqua etiam, viſu ſuo, quantum quidem eo indiget, vti poſſit: quae enim in aquis propius ad illam accedunt, ea facile euitat.

Dixi ſupra quum de appendicibus fimbriatis gyrinorum agebam, quas in branchias abire SWAMMERDAMMIVS autumat, me non concipere, quemnam branchiae hae, quas meis in gyrinis non reperi, ranis, pulmonibus minus carentibus, praeſtarent vſum. Nunc aliter de illis ſentio: inueni namque aeſtate elapſa in gyrino buuonis, adeſſe, praeter veſicas pulmonum, branchias hasce; de quibus tamen alia occaſione, praeſertim vero in ipſa bufonum deſcriptione plura ſum dicturus.

SECTIONIS I.

CAPVT II.

PARTIVM RANAE FVSCAE TERRESTRIS INTERNARVM, EARVM PRAESERTIM QVAE GENERATIONI INSERVIVNT DESCRIPTIO.

Licet priori in capite multis oſtenderim, coire ranam noſtram terreſtrem poſtica corporis ſui parte, haud tamen ſuperuacuum crediderim, ſi et partium internarum generationi inſeruientium deſcriptione id ipſum confirmauero, quum CHARLETONVS, aeque ac MENZIVS, ad confirmandam ſententiam ſuam iisdem vſus fuerit argumentis. Quum vero bini hi viri ea tantum in ranis diſſectis quaeſiuiſſe videntur quae ſententiae ſuae faue-

* Petinotheol. 1. Thl. p. 202.

ziemlich warmes Wetter gehabt; dadurch aber wurden unſere Grasfröſche ehender, als ſonſten, aus ihrem Winterquartier, ich meine aus dem Schlam unter dem Waſſer, heraus gelocket, wie ich ſie dann nicht nur den vierten und fünften Merz bereits gepaaret fand, ſondern ich ſahe auch ſchon den ſiebenden und achten ihren Laich auf dem Waſſer ſchwimmen. Bey dieſer Gelegenheit verſäumte ich nun nicht bey den gepaarten Fröſchen auf dasjenige wiederum genau Achtung zu geben, was in Anſehung der Befruchtung vorgehet, und da beobachtete ich abermal, daß das Weiblein den hintern Theil ſeines Leibes in etwas bewegte und das Männlein gleichſam ſeines Amtes erinnerte; hierauf begaben ſie ſich ſo gepaaret auf den Grund, und da brachte das Männlein den hintern Theil ſeines Leibes zu verſchiedenenmalen nahe an die hintere Oeffnung des Weibleins, hierauf aber lies dieſes ſogleich den Laich fahren, ſo, daß er innerhalb einer Minute aller auf dem Boden, in einem Klumpen beyſammen lag. Nachdem dieſes geſchehen, lies das Männlein ſeine Gattin fahren, und beede entfernten ſich auf das eiligſte voneinander. Von einigen Weiblein wird das Laich faſt fingers dick auf einmal aus dem Leib heraus getrieben, andere aber ſezen dazwiſchen aus, und bringen faſt eine Stunde damit zu.

Wer einen Vogel genau betrachtet hat, der wird wahrgenommen haben, daß ſelbiger an ſeinen Augen ein beſonders Häutlein habe, womit er den ganzen Augapfel, ſo weit als er im Kopf zu ſehen iſt, bedecken kan, welches Herr Zorn * das Winckhäutlein nennet: eben dergleichen Häutlein haben auch die Fröſche, doch iſt es hier etwas anders beſchaffen, welches ſie, wann dieſelben unter dem Waſſer ſind, von unten gegen oben über das ganze Aug ziehen; wie man an einem Froſch, wann er in einem hellen mit Waſſer angefüllten Glas iſt, ganz deutlich ſehen kan. Dieſes Häutlein iſt ſo durchſcheinend, daß der Froſch auch unter dem Waſſer, ſo viel als er nöthig hat ſiehet: dann kommt ihm im Waſſer etwas zu nahe, ſo weis er ſolchem bald auszuweichen.

Bey Gelegenheit der gefranzten Anhänge der Froſchwürmer, welche wie Swammerdam meinet, zu Finnen oder Ohren werden, habe ich oben geſaget, daß ich nicht wüſte wozu dieſe Finnen, welche ich auch in meinen Froſchwürmern nicht gefunden, den mit Lungen verſehenen Fröſchen dienen ſollten. Nunmehr bin ich anderer Meinung: dann als ich in dieſem Sommer einen etwas groſſen Krötenwurm unterſuchte, ſo fande ich in demſelben nebſt den ordentlichen Lungenblaſen wircklich dergleichen Finnen oder Ohren, hievon aber werde ich bey anderer Gelegenheit, ſonderlich in der Beſchreibung der Kröten, mit mehrerm handeln.

Des erſten Abſchnittes

zweytes Capitel.

Beſchreibung der innerlichen / ſonderlich der zur Fortpflanzung des Geſchlechtes nöthigen Theile / des braunen Grasfroſches.

Ob ich gleich mit meinen im vorigen Capitel erzehlten Obſervationen genugſam erwieſen habe, daß die Paarung unſers Froſches mit dem hintern Theil des Leibes geſchehe: ſo wird es doch nicht undienlich ſeyn, wann ich ſolches auch durch die Beſchreibung der innern Theile, die das ihrige zur Fortpflanzung des Geſchlechtes beytragen, beſtättige, zumal da Charleton und Menz zur Bekräfftigung ihrer Meinung

http://rcin.org.pl

fauebant, insuper habito accuratiore examine, eosdemque erraſſe mox patefiet; SWAMMERDAMMIVS contra rem hanc diligentia atque circumſpectione ſumma tractauit: ipſum etiam hic ſequutus ſum, ſic tamen, vt figuras ab illo exhibitas minus depinxerim.

Monſtrat itaque *Figura 1 Tabula V* maſculum ranae terreſtris apertum. Littera *a* ſternum indicat eleuatum retractumque; *b* laryngem; *c* cor; *d d* bini maiores ſunt trunci arteriae aortae, ſubclauiis aliorum animalium fere ſimiles; *e e* par maiorum neruorum ad brachia vel pedes anticos tendentium; *f f* binae pulmonum veſicae, *g* veſicula fellea; *h h h* hepar; *i* lien; *k k* teſticuli; *l* ventriculus in SWAMMERDAMMII figura*, calcographi errore, dextrorſum poſitus; *m m* veſiculae ſeminales. De ſingulis his partibus iam non ſum acturus, quum easdem minus examinauerim, de quibusdam tamen ea ſum traditurus, quae mihi notatu digniora viſa fuerunt. Ventriculum quem ad *l* cernimus cum inteſtinis vnum eundemque formantem canalem, in 3 *figura* praecedentis *Tabulae IV* vnacum pharynge, larynge, pulmonum veſicis atque inteſtinis iam exhibui, hanc itaque tabulam denuo vt inſpiciamus neceſſe eſt, linguam ranae, quam iam in *tertia Tabula* fig 38, *b c* vidimus, diſtinctius ſimul referentem. Siſtitur lingua haec in *ſecunda* pariter eiusdem *Tabulae IV figura*, vbi maxillam inferiorem a ſuperiore ſeparatam, vna cum partibus carneis cutaneisque, nec non pharynge delineavi. Quemadmodum vero in omnibus, quae quidem novi, animalibus, linguae radix poſteriora verſus cum pharynge aliisque partibus connectitur: ſic in ranis eandem tam cum maxilla inferiore in parte antica, quam aliis cum partibus intra illam ſitis, ad *e e*, cohaerentem cernimus; pars eiusdem reliqua, latior eaque maior, extenditur ſemper poſtica verſus, libera ceterum, ita, vt rana eandem pro lubitu exerere poſſit, inque binos abiens apices *f f*, intra quas larynx eiusdemque apertura *g* conſpiciuntur. Componitur lingua haecce tenera mollique carne, quam rana, quantum quidem opus eſt, nunc longiorem nunc breuiorem, nunc latiorem nunc contractiorem reddere poteſt. Repraeſentat *figura 3, IV huius tabulae* eandem rurſus maxillam inferiorem, cui lingua eleuata et antica verſus protracta incumbit. *h h* bini illius ſunt apices, ad *i* vero firma haeret radicis eius pars poſtica, a qua membrana quaedam lunata, cauitatemque formans propius abeſt. Ad *k* laryngem rurſus cernimus, cui vtroque in latere pulmonum adhaerent veſicae collapſae *l l*. Nunc ad ventriculum accedimus proxime ad oeſophagum orientem: quum enim rana collo fere careat, oeſophagum quoque breuiorem habeat, neceſſe eſt. Quo vero cernerem in quantum ventriculus extendi poſſit, eundem aeque ac inteſtina aere repleui, atque hinc eſt, quod partes hae, inprimis vero ventriculus in figura ſolito maiores compareant; poſſunt tamen aere amplius adhuc extendi. Eſt ventriculus ab *m* ad *m* vsque eiusdem amplitudinis, ſtructuraque gaudet muſculoſa, ſtructura reliquorum inteſtinorum robuſtiore; indigebat autem pars haec et amplitudine et robore, quum rana praedam integram deglutiat; vbi autem ventriculus ad *n* contrahitur, inteſtina, proprie ſic dicta, initium capiunt. Scatet tenue illud inteſtinum proxime ad ventriculum ortum, aeque ac inteſtinum ieiunum in homine, plurimis valuulis conniuentibus eousque vbi littera *n* ſecunda vice occurrit, ceu quarta monſtrat figura, quae inteſtinum hocce, vnacum ventriculi parte *u v*, inflatum, ſiccatum apertumque ab *v* ad *w* vsque exhibet. Retardant valuulae hae chymi, in ſtomacho ex cibis praeparati, per inteſtinum hoc tranſitum, atque ſic chyli quoque iuvant ſeparationem. Vbi valuulae hae conuiuentes diſparent,

* Bibl. Nat. Tom. II. Tab. XLVII. Fig. 4. p.

ein gleiches gethan haben. Da es aber ſcheinet, daß dieſe nur dasjenige fürnehmlich bey Oeffnung der Frösche geſucht, was ihnen zu ihrer Meinung dienlich war, und ſie alſo keine genauere Nachforſchung angeſtellet, ſich auch bald zeigen wird daß ſie in ihrer Unterſuchung geirret; Swammerdam hingegen hierinn viel vorſichtiger zu Werck gegangen: als hab ich mich entſchloſſen denſelben in dieſer Arbeit fürnehmlich zu folgen, ohne jedoch ſeine Figuren nachzumachen.

Es zeiget uns alſo die 1 Figur der V Tabelle ein Männlein des braunen Grasfroſches mit aufgeſchnittenem Leib. Das aufgehabene und in die Höhe gezogene Bruſtſtuck wird durch *a* angezeiget; *b* iſt der Kopf der Lufftröhre; *c* iſt das Herz; *d d* ſind zwey aus einem gemeinem Stamm der groſſen Pulsader entſpringende ſtarcke Aeſte, ſo mit den Schlüſſelpulsadern bey andern Thieren verglichen werden können; *e e* ſind zwey ſtarcke in die Arme oder vordern Füſſe gehende Nerven; *f f* die zwey Lungenblaſen; *g* die Gallenblaſe; *h h h* die Leber; *i* das Milz; *k k* die Geilen; *l* der Magen; welcher in Swammerdams Figur, * aus Verſehen des Kupferſtechers, rechter Hand lieget; *m m* die Saamenbläslein. Von dieſen Theilen allen werde ich jezt nicht handeln, weil ich ſie noch nicht genug unterſuchet habe; von etlichen aber will ich dasjenige melden, was mir merckwürdig geſchienen. Der Magen den wir hier bey *l* ſehen und der mit den Gedärmen einen einigen Canal ausmachet, iſt auf der vorhergehenden *IV* Tabelle nebſt der Oeffnung des Schlundes, den Lungenblaſen und den daran hangenden Gedärmen, in der 3 Figur bereits vorgeſtellet worden, daher wir dann eben dieſe Tabelle noch einmal anſehen wollen, auf welcher wir auch die Zunge des Froſches die wir in der dritten Tabelle Fig. *38. b c* bereits geſehen haben, beſſer zu betrachten bekommen. Es zeigt ſich aber die Zunge auch in der 2 Figur der nämlichen vierten Tabelle wo ich den von dem obern Kiefer abgeſonderten Unterkiefer nebſt ſeinen fleiſchigen und häutigen Theilen und dem Anfang des Schlundes abgebildet habe. Da nun aber bey allen mir bekannten Thieren die Wurzel der Zunge allezeit hinten am Schlund und andern Theilen veſte iſt, ſo hat hingegen bey den Fröſchen dieſelbige ihr Beveſtigung theils vornen am untern Kiefer, theils aber an den zwiſchen ſelbigen liegenden Theilen *e e*; der übrige breite und gröſte Theil derſelben aber erſtrecket ſich ordentlicher Weiſe hinterwarts nach den Schlund zu, iſt ganz frey, ſo daß ihn der Froſch nach Belieben heraus ſchlagen kan, und endiget ſich mit zweyen Spizen welche mit *f f* angezeiget ſind, und zwiſchen welchen ſich hier der Kopf der Lufftröhre und derſelben Oeffnung befindet. Es beſtehet dieſe Zunge aus einem zarten und weichen Fleiſch, welches der Froſch nach Nothdurfft bald länger bald kürzer, bald ſchmäler bald breiter machen kan. In der 3 Figur dieſer IV Tabelle iſt der untere Kiefer abermals zu ſehen, auf welchem die aufgehabene Zunge von hinten vorwarts gezogen lieget; *h h* ſind die beeden Spizen derſelben und bey *i* iſt ſie mit dem hintern Theil ihrer Wurzel nahe bey einer mondförmigen Haut, welche eine Höhlung machet, angewachſen. *k* iſt abermal der Kopf der Lufftröhre, und nahe daran hangen zu beeden Seiten die Lungenblaſen *l l*, welche hier zuſammen gefallen ſind. Nun kommen wir zu den Magen der ſich gleich am Schlund anfängt: dann da der Froſch faſt gar keinen Hals hat, ſo kan der Schlund nicht lang ſeyn; ich habe aber den Magen, um zu ſehen wie ſolcher ſich ausdähnen könne, aufgeblaſen, da dann die Gedärme ebenfals mit Lufft angefüllet und ausgedehnet worden, daher ſind auch dieſe Theile in der Figur ſo gros, laſſen ſich aber, ſonderlich der Magen, durch die eingeblaſene Lufft noch ſtärcker ausdähnen. Dieſer Magen iſt von *m* bis *m* gleich

weit

http://rcin.org.pl

rent, arctior quaedam inteſtinorum occurrit pars *o*; ſed dilatantur rurſus ad *p*, dein eandem ſeruant amplitudinem ad *q* vsque, initium ſcilicet amplioris multo inteſtini recti, cuius extremam aperturam *r* indicat. Quum hic inteſtina haecce, meſenterio *ſ* adhuc connexa, a parte poſtica ſiſtuntur, ad *s* parua conſpicitur fiſſura, per quam in rana foemella ſperma, vel oua potius, ex vtero in inteſtinum tranſeunt rectum: incumbit namque, quemadmodum ex ſequentibus patebit, inteſtinum hoc ipſi vtero; in rana autem mare hac in ſede alia adeſt pro ſemine excernendo apertura. Corpus illud paruum rotundumque, eadem in figura *t* ſignatum, ſplen eſt colore carneo obſcuriore tinctus.

Sed inſpiciamus denuo *V Tabulam* in qua et aliae quaedam conſideratione dignae occurrunt partes, in abdomine ranae maris contentae, tunc demum vero viſui ſeſe ſiſtentes, vbi ventriculus inteſtinaque ablata ſunt. Oſtendit easdem *figura 2* huius tabulae, eo in ſitu, in quo ſemper ſub inteſtinis inueniuntur. Indicant *n n* partes quasdam foliaceas, renibus teſticulisque cohaerentes. Renes litteris *oooo* ſignati ſunt; *p p* binos monſtrant teſticulos, *q q* veſiculas ſeminales; *r r* veſica eſt vrinaria bifida, hic quidem euacuata; *ſſ* inteſtinum rectum. Eædem hæ partes, foliaceis illis renibusque exceptis, 3 quoque ſiſtuntur figura, ſed omnes majores.

Vt partes haſce binis repræſentarem figuris, earum præſertim, quæ ad generationem pertinent, me permovit, varia qua diverſo ſunt tempore conditio. Menſibus namque Martio atque Aprili, quibus ranae vtplurimum coire ſolent, maximae comparent; aeſtate multo ſunt minores; autumno vero magis magisque rurſus extenduntur. Hoc autem, dubio procul, hinc contingit, quod ranae ſemel tantum in anno coeunt generisque propagationi operam nauant; atque eo ipſo tempore teſticuli non ſolum, ſed veſiculae etiam ſeminales, genitura adeo turgent, vt majores omnino ſeſe oſtendant; poſt coitum, ſemine ſcilicet omni ejecto, multo euadunt minores; vbi vero ranae vires per æſtatem collegerunt, ſenſim ſenſimque replentur conſpectioresque euadunt. Exhibet itaque *figura* 2 partes hasce ea forma, quae minima fere eſt, *3* vero illa in magnitudine, quam paulo ante coitum habent quamque ſaepius obſeruaui in maſculis, qui cum foemellis jam quidem copulati, ſemen tamen nondum emiſerant.

Partes illæ foliaceae in *figura 2* litteris *n n* ſignatae, renibus teſticulisque cohaerentes, lutei ſunt coloris,

weit und hat eine viel ſtärckere muſculöſe Structur als die übrigen Gedärme: beedes, ſo wohl die Weite als die ſtarcke Structur, iſt deswegen hier nöthig, weil der Froſch ſeine Beute ganz hinunter ſchlucket; endlich aber wird er wieder dünner, und da fangen ſich bey *m* die eigentlichen Gedärme an. Der gleich auf den Magen folgende dünne Darm, iſt innenher, wie der leere Darm bey dem Menſchen, mit vielen Querfalten, bis dahin wo das zweyte *n* ſtehet, verſehen, wie aus der vierten Figur erhellet, wo dieſer Darm nebſt einem Theil des Magens *u v*, von *v* bis *w* nachdem er vorher aufgeblaſen, getrocknet und hernach geöffnet worden, vorgeſtellet iſt. Dieſe Falten dienen dazu, daß der aus den Speiſen gekochte Safft, nicht zu geſchwind durch den Darm durchlauffe, und der zur Nahrung nöthige Milchſafft, beſſer davon abgeſondert werden könne. Da, wo die Falten aufhören, hat die Darmröhre bey *o* einen dünnen Theil, bald darauf aber erweitert ſie ſich wieder bey *p*, und dieſe Weite behält ſie bis *q*, wo der noch weitere Maſtdarm ſeinen Anfang nimmt, deſſen Ausgang durch *r* angezeiget wird. Da dieſe Gedärme, welche noch durch das Gekröſe *ſ* an einander hangen, ſich hier von hinten zeigen, ſo ſehen wir bey *s* eine kleine geſchlizte Oeffnung, wodurch bey den Weiblein die Eyer, oder der Laich, aus der Mutter in den Maſtdarm kommen: dann der Maſtdarm liegt, wie wir in folgendem ſehen werden, über der Mutter; das Männlein aber giebt um eben dieſe Gegend, jedoch durch eine andere Oeffnung, den Saamen von ſich. Der in eben dieſer Figur mit *b* bezeichnete, kleine, runde Körper, iſt das Milz, ſo eine dunckelrothe Fleiſchfarbe hat.

Jezt wollen wir uns wieder, zur *V* Tabelle wenden, wo auch noch einige andere Theile zu betrachten ſind, ſo in dem Unterleib des Froſches männlichen Geſchlechtes enthalten, aber alsdann erſt zum Vorſchein kommen, wann man den Magen nebſt den Gedärmen herausgenommen. Es zeiget uns ſelbige die *2* Figur dieſer Tabelle, in derjenigen Lage, in welcher man ſie allezeit unter den Gedärmen findet. Durch *n n* werden in ſelbiger einige blätterförmige Theile angedeutet, die mit den Nieren und Geilen zuſammenhangen. Mit *oooo* ſind die Nieren bezeichnet; *pp* ſind die beeden Geilen; *qq* die zwey Saamenbläslein; *rr* iſt die aus zwey gleichen Theilen beſtehende, leere Harnblaſe; *ſſ* aber der Maſtdarm. Eben dieſe Theile, die blätterförmigen, nebſt den Nieren ausgenommen, ſtellet auch die 3 Figur vor, wo ſie alle ein gröſſeres Anſehen haben.

Zu dieſer gedoppelten Vorſtellung hat mir die verſchiedene Beſchaffenheit, der ſonderlich zur Zeugung gehörigen Theile Gelegenheit gegeben, welche dieſelbe zu unterſchiedener Zeit haben. Dann im Merzen und April, da ſich die Frösche insgemein zu paaren pflegen, ſind dieſelben am gröſten; im Sommer zeigen ſie ſich viel kleiner; im Herbſt hingegen fangen ſie ſchon wieder an ſich mehr und mehr auszudehnen. Dieſes aber kommt ſonder Zweiffel daher, daß ſich die Frösche des Jahrs nur einmal begatten und ihr Geſchlecht vermehren, da dann nicht nur die Geilen, ſondern auch die Saamenbläslein von Saamen angefüllet, und folglich auch gröſſer ſind; nach der Paarung erſcheinen ſelbige, weil ſie nunmehr ausgeleeret worden, viel kleiner; wann aber der Froſch, den Sommer über, neue Kräften erlanget, füllen ſie ſich nach und nach wieder an, und fallen alſo mehr in die Augen. Die *2* Figur ſtellet demnach dieſe Theile ſo vor, wie ſie ausſehen, wenn ſie faſt am kleinſten ſind; in der *3* aber haben ſie diejenige Gröſſe, in welcher ſie ſich kurz vor der Paarung zu zeigen pflegen, und ich dieſelben öffters in verſchiedenen Männlein gefunden, ſo zwar ſchon mit ihren Gattinnen gepaaret waren, den Saamen aber noch nicht von ſich gegeben hatten.

Die in unſerer *2* Figur mit *n n* bezeichnete blätterförmige Theile, welche mit den Nieren und Geilen zuſammen

http://rcin.org.pl

clariſſimus MENZIVS verbis hiſce fidem adhibeat, vt potius contra oculorum euidens teſtimonium dicta putet, quin addit, *quot verba, tot negligentiae argumenta, παραδόματα* (*), licet de HEIDE longe rectius ipſo viderit: patent namque tubae hae reuera eo ipſo in loco quem de HEIDE indicat, id quod nos propior *figurarum VIII Tabulae* inſpectio iam nunc docebit.

Oſtendit *figura* illa *VIII* huius *Tabulae* quae numeris *1* et *2* ſignata eſt, vterum, ouarium, partes foliaceas huic cohaerentes, tubas euolutas nec non cor, circa quod ſuperius illarum eſt orificium. Deſumſi partes haſce ita ſibi cohaerentes, ex rana foemella admodum magna huius ſpeciei, illique fere ſimili, quam *figura 40 tertiae Tabulae* ſiſtit. Seruaueram illam ad menſem vsque Ianuarium, viſurus vtrum omnem per hyemem viueret; quum vero mutationem illam, cuius modo mentio facta eſt, quaeque certis anni temporibus in partibus ad generis propagationem pertinentibus fieri ſolet, obſeruaturus eram, dicto menſe ranam hanc incidi, quoniam tempus coitus, quem ranae menſibus Martio et Aprili exercere ſolent, propius aberat. Partes ablatas aſſerculo impoſui humefacto, ne iuſto citius ſicceſcerent, dein vero tubas, valde ſemper concriſpatas inflexasque, vtero incumbentes, quemadmodum ex *5 figura Tabulae huius* B C cernitur, euoluere tentaui, quo longitudinem ipſarum commodius oſtendere poſſem: tenui enim membranae, eundem fere in modum quo inteſtina cum meſenterio cohaerent, annexae ſunt, atque hinc etiam eſt, quod multum concriſpatae, tot forment flexus. Ab hac tamen membrana illas vix potui liberare, donec easdem aere repleui; ſed et ne ſic quidem omnem illam, absque tubarum laeſione, auferre potui: varios hinc in figura noſtra adhuc oſtendunt flexus, licet easdem ita euoluerim, vt omnino, cum SWAMMERDAMMIO credam, ſuperare eiusmodi tubam duorum pedum longitudinem. Nectuntur tubae hae anterius cum vtero, quem *prima* refert *figura d d d*, inflato, in quem etiam ad *c c* hiant, dein vero ad *2 figuram* vsque extenſae, cor *a* verſus tendunt. Quo propius ad hoc accedunt, eo etiam magis redduntur anguſtae, quoad craſſitudinem ſimiliter decreſcentes; pellucent hinc, indeque oſtia earum cordi proxima *b b*, atque hic, quum iam ſicceſcerent, quam reliquis in figuris anguſtiora, vix ac ne vix quidem inueniuntur. Indicant litterae *e e e e*, in *1* hac *figura*, ouarium, hoc iam tempore mole valde auctum; pone illud pars conſpicitur renum, ſuperius vero partes foliaceae *f f f*, *f f f*, hoc pariter tempore multo, quam alias, maiores. *g g* veſica eſt duplex aereque diſtenta; *b* inteſtinum rectum, cui ſuperius pars adhaeret inteſtinorum tenuium, filo hic eum in finem conſtricta, ne vteri tubarumque repletio, per aerem in anum *i* immiſſum, impediretur, qua facta ipſum etiam rectum colligaui inteſtinum.

Dixi iam ſuperius, diuiſum eſſe vterum ſepto intermedio in binos loculos; licet vero id adſpectus iam ſatis ſuperque doceat, rem tamen curatius examinaui, viſurus ſimul

weite Oeffnung nnd werde hernach gleich einem Trichter enge, alsdenn aber wieder weiter. Herr Menz glaubet dieſen Worten nicht, und meynet ſie wären dem klaren Augenſchein zuwider, ja er ſezet ſo gar hinzu, ſo viel Worte, ſo viel Beweiſe von Nachläßigkeit und Fehlern (*), obgleich de Heide viel beſſer als er geſehen. Denn es haben dieſe Eyergänge wircklich in der von de Heide angezeigten Gegend eine Oeffnung, wie wir jezt gleich ſehen werden, wenn wir die verſchiedenen Figuren der *VIII.* Tabelle genäuer betrachten.

Diejenige Figur dieſer *VIII* Tabelle welche mit *1* und *2* bezeichnet iſt, ſtellet die Mutter, den Eyerſtock, die mit demſelben zuſammenhangende blätterförmige Theile, die ausgewickelten Eyergänge und das Herz, in deſſen Gegend dieſe ihre obere Oeffnung haben, vor. Dieſe Theile habe ich, aus einem ſehr groſſen Weiblein dieſer Art, welches dem auf der dritten Tabelle in der 40 Figur vorgeſtellten ſehr ähnlich war, ſo an einander hangend, heraus genommen. Ich habe ſolches bis in den Monat Januarium aufbehalten, in der Abſicht ſelbiges auszuwintern; weil ich aber die Veränderung, ſo in denen zur Fortpflanzung des Geſchlechtes gehörigen Theilen, an den Fröſchen zu gewiſſen Zeiten vorzugehen pfleget, wovon ich nur erſt Meldung gethan, gerne ſehen wollte, als öffnete ich dieſen Froſch in gedachtem Monat, indem damals die Zeit der Paarung, welche im Monat Martio und April vor ſich zu gehen pfleget, nicht weit mehr entfernet war. Die herausgenommenen Theile legte ich ſodann auf ein naſſes Bret, damit ſie nicht ſo bald vertrockneten, und hernach ſuchte ich die Eyergänge, welche ordentlicher Weiſe viele Beugungen machen nnd gekrümmt über der Mutter, wie in der *5* Figur dieſer Tabelle bey *B C* beyſammen liegen, aus einander zu wickeln, um ihre Länge beſſer zeigen zu können. Dieſes gieng aber nicht ſo leicht von ſtatten, als mancher wohl glauben mögte: denn ſie hangen an einer zarten Haut, wie ſonſt die Gedärme an dem Gekröſe hangen, und eben dieſe iſt auch Urſache, daß ſie ſo viele Krummungen und Beugungen machen; ſie waren aber von ſelbiger nicht ehender los zu bringen, als bis ich ſie aufblies, und auch hierauf konnte ich ſie nicht ganz davon abſondern, wenn ich ſie nicht verlezen wollte, daher ſie dann auch in unſerer Figur noch viele Beugungen machen, ob ich ſie gleich in ſo ferne aus einander gewickelt, daß ich allerdings mit Swammerdamm glaube, es erſtrecke ſich die Länge eines ſolchen Eyerganges über zwey Schuhe. Dieſe Eyergänge hangen mit der in unſerer *1* Figur vorgeſtellten und etwas aufgeblaſenen Mutter *d d d* vornen zuſamm, in welche ſie ſich auch bey *c c* öffnen, und von da erſtrecken ſie ſich bis zur *2* Figur hinauf, an das mit *a* bezeichnete Herz. Je näher ſie zu dieſem kommen, je enger werden ſie auch, und in der Dicke nehmen ſie um dieſe Gegend gleichfalls ab, daher ſie denn auch ganz durchſichtig ſind, und man alſo ihre Oeffnung *b b*, die ſie am Herzen haben, und welche hier, weil ſie bereits trocken zu werden anfiengen, etwas enger als in den übrigen Figuren vorgeſtellet worden, nicht ſo leicht ausfindig machet. Die Buchſtaben *e e e e* zeigen in unſerer *1* Figur den um dieſe Zeit ſchon ziemlich angewachſenen Eyerſtock, hinter ſelbigem ſind die Nieren etwas zu ſehen, und über ihm die blätterförmigen Anhänge *f f f*, *f f f*, welche ebenfalls zu dieſer Zeit viel gröſſer als ſonſten erſcheinen. Bey *g g* ſehen wir die gedoppelte und durch die Lufft allhier ausgedehnte Harnblaſe, *h* iſt der dicke Maſtdarm, an welchem obenher noch ein kleiner Theil des dünnen Darms hänget, der hier deswegen zugebunden worden, damit die Mutter und die Eyergänge durch den Affter *i* um ſo viel beſſer aufgeblaſen werden könnten, worauf ich auch den Maſtdarm ſelbſten zuband.

Ich habe bereits oben gemeldet, daß die Gebährmutter dieſes Froſches aus zwey durch eine Scheidewand von einander abgeſonderten Fächern beſtehe, und ob auch gleich

(*) . c. §. XXI. p. 17.

http://rcin.org.pl

ſimul, vtrum apertura, qua tubae in eundem hiant, valvula claudatur nec ne; notaui namque, aerem difficilius per vterum in tubas propelli. Diſſecui eum in finem foemellam, quae iam pepererat, cuiusque adeo vterus nullis amplius repletus erat ouis, hunc ipſum aere extenſum, exſiccatumque aperturus. Hoc vt ex voto perficerem, auferendus e rana erat vterus, quum alioquin vix exſiccari poterat; quodſi enim non ſiccatum aperuiſſem, fuiſſet collapſurus, ipſe vero vix quae quaerebam inueſtigare potuiſſem. Aſt enimuero connexio ipſius, cum dorſi cutaneis carneisque partibus, non poterat ſolui: non ſolum enim, vti iam dictum eſt, valde tenui ille conſtat membrana, ſed peritonaeo etiam arctius cingitur atque ad dorſum alligatur, quodſi itaque cultro ſeparetur, et peritonaeum incidatur, tunc illico tenuis vteri prorumpit membrana vix ſine laceratione ſeruanda; hoc igitur vt euitarem, ſuaſu D. D. HVTH rem ſequenti ratione perfeci. Filo primo conſtrinxi partem illam tenuis inteſtini, quae recto cohaerebat, nec non ipſas tubarum vterinarum partes extremas; tum vero per inteſtini recti orificium vterum ipſum eatenus aere repleui, quoad id ſine ruptura ferebat, hocque facto rectum ſimiliter colligaui. Diſcidi tum oſſa pubis; inteſtinum rectum a partibus illud cingentibus ſeparaui, vterumque ipſum a rana ita abſcidi, vt quaedam ſpinae, nec non maxima oſſium lumborum pars, ipſi adhaereſceret: his enim peritonaeum arctius illum connectit. Hoc peracto vterum ſuſpenſum tamdiu libero expoſui aeri, donec ſiccaretur, atque tunc demum eundem et aperire, et interius potui perluſtrare. Quae vero inuenerim *3 figura VIII* huius *Tabulae* oſtendit. Indicant *k k* vtroque in latere partem extremam tubarum filo conſtrictarum, *l* pars eſt ſimiliter colligata inteſtini tenuis recto cohaerentis, *m*, *m 1*, *m 2* vero inteſtinum rectum praeſtrictum, inflatum maximeque extenſum. Numerus *3* partem exhibet tenerrimi meſenterii, cuius ope inteſtina et inter ſe, et aliis cum partibus cohaerent. *n n* loculus alter eſt vteri apertus, nec non aliquatenus reflexus, *o o* ſeptum intermedium inferius foramine ouato *p* pertuſum, per quod vtroque in loculo contenta oua, ex vtero in inteſtinum propelluntur rectum, eum in finem pariter apertum, id quod iam in *2 figura VI Tabulae* ad *z* oſtendimus. In parte illa vteri reflexa *n n*, indicat *q* locum illum in quo tubae eſt oſtium. Scribit quidem SWAMMERDAMMIVS (*) *orbiculare adparere tubarum iſthoc foramen, ſicubi inflatae prius et exſiccatae diſſecantur: at vero in minus exſiccatis, quippe ideo concidentibus, figuram id ouatam prae ſe ferre;* in mea contra rana oblongum illud erat, et altera in parte marginem habebat circularem, pars altera incurua, antrorſum ferebatur, et in acumen abibat; inueni inſuper, obturari illud tenui membrana, quae, ceu videtur, valuulae inſtar oua e tubis in vterum admittit quidem, reditum vero ipſis praecludit; huius autem membranae SWAMMERDAMMIVS nullam iniicit mentionem, atque hinc coniecturae locus eſt, illum eandem non vidiſſe; ſed nec ego diſtinctius potui videre, qua ratione valuula haecce aperiatur, fuerat namque exſiccata. Comparent inſuper hac in figura oſſa vtero cohaerentia, a quibus eundem, quemadmodum iam indicaui, ſeparare non potui; quoniam vero vterus admodum pellucidus eſt, tam diſtincte oculis illa patent ac ſi prorſus nuda eſſent. Eſt itaque *r r* medium, *ſſ* vero vnum ex lateralibus illis oſſibus quibus lumbi in rana componuntur. Ad *V* tandem ouarium cernimus, in foemella hac vacuum, atque hinc, vt et ob exſiccationem, valde exiguum.

Reli-

ihr äuſſerliches Anſehen dieſes zur Genüge zu erkennen giebt: ſo hab ich doch ſolches genäuer unterſuchen, zugleich aber ſehen wollen, ob die Eyergänge, bey ihrer Oeffnung in ſelbige, etwan mit einem Ventil oder Klappe verſehen ſeyn mögten, indem ich wahrgenommen, daß ſich die Lufft nicht ſo leicht durch die Mutter in die Eyergänge treiben lieſe. Ich öffnete zu dieſem Ende ein Weiblein welches bereits geleichet, und alſo eine von Eyern leere Mutter hatte, in der Abſicht, dieſe aufzublaſen, alsdann aber zu trocknen, und hierauf zu öffnen. Sollte nun dieſes wohl von ſtatten gehen, ſo muſte ich die Mutter aus dem Froſch heraus nehmen, weil ſie ſonſt nicht ſo wohl zu trocknen war; hätte ich ſie aber öffnen wollen, ohne ſie vorher zu trocknen, würde ſie zuſamm gefallen ſeyn, und mir meine Unterſuchung ſchwer gemachet haben. Alleine es war mir nicht möglich ſie von dem Zuſammenhang, den ſie am Rucken mit dem daſelbſt liegenden häutigen und fleiſchichten Theilen hatte, abzulöſen: denn ſie beſtehet nicht nur allein, wie ich bereits gemeldet, aus einem ſehr zarten Häutlein, ſondern iſt auch noch von dem Darmfell überzogen, welches dieſelbe hinten am Rucken beveſtiget; ſo bald man ſie nun daſelbſt mit dem Meſſer abſondert, und das Darmfell durchſchneidet, ſo bald tritt das zarte Häutlein heraus, und da iſt die Durchlöcherung der Mutter unvermeidlich; dieſemnach verfuhr ich endlich auf Einrathen Herrn D. Huths folgender maſſen. Ich band nämlich erſtlich den an dem Maſtdarm anhangenden dünnen Darm zu, und mit den beeden noch an der Mutter hangenden Theilen der Eyergänge, that ich ein gleiches; hernach füllte ich durch die Oeffnung des Maſtdarms die Mutter ſo ſtarck mit Lufft an, als es ſich, ohne Zerſprengung derſelben, thun lies, und hierauf band ich ſolchen ebenfalls zu. Nach dieſem trennte ich die Schambeine mit dem Meſſer von einander, machte den Maſtdarm von den um ihn liegenden Theilen los, und ſchnitte die Mutter ſo von dem Froſch ab, daß ein Stuck von dem Ruckgrad und die drey Lendenknochen gröſtentheils daran blieben, als um welche Gegend dieſelbe durch das Darmfell veſte gehalten wird. Nachdem nun ſolches geſchehen, lies ich die aufgeblaſene Mutter ſo lange in der freyen Lufft hangen, bis ſie trocken wurde, und hierauf konnte ich ſie öffnen und ihre innere Beſchaffenheit genauer unterſuchen. Was ich nun hier entdecket, zeiget die *3* Figur dieſer *VIII* Tabelle. Durch *k k* wird an jeder Seite der zugebundene Reſt der Eyergänge angedeutet, *l* iſt ein an dem Maſtdarm hängendes Stück der dünnen Gedärme welches auch zugebunden worden, und *m* der gleichfals mit einem Faden verſchloſſene Maſtdarm, der hier aufgeblaſen und in ſeiner ganzen Gröſſe vorgeſtellet wird, wie *m 1* und *m 2* zeiget. Wo die Ziefer *3* ſtehet, da ſehen wir noch einen Theil des ſehr zarten Gekröſes, durch welches die Gedärme ſo wohl mit einander ſelbſt, als mit andern Theilen zuſammen hangen. Das eine geöffnete und etwas zuruck gelegte Fach der Mutter iſt *n n*, und die zwiſchen beeden Fächern derſelben befindliche Scheidewand *o o*, in welcher untenher eine ovalrunde Oeffnung *p*, wodurch die in beeden Fächern enthaltene Eyer aus der Mutter in den Maſtdarm kommen, der deswegen wieder mit einer andern Oeffnung verſehen iſt, die wir bereits in der *2* Figur der *VI* Tabelle bey *z* gezeiget haben. In dem mit *n n* bezeichneten zuruckgelegten Theil der Gebährmutter wird auch durch *q* der Ort angezeiget, wo der Eyergang ſich in ſelbige öffnet. Swammerdamm ſaget zwar (*) die Oeffnung der Eyergänge zeige ſich, wann dieſe getrocknet und aufgeblaſen worden, rund; wären ſie aber nicht getrocknet, ſo fielen ſie zuſamm und da ſeye ſelbige oval; in meinem Froſch aber war ſie ablang, und an einer Seite rund, an der andern lief ſie krum nach vornen zu, und endigte ſich in eine Spize; dabey fand ich ſolche mit einer zarten Haut verſchloſſen, welche, wie es ſcheinet, gleich einem Ventil die

(*) Bibl. Nat. p. 799.

http://rcin.org.pl

Reliquae *VIII* huius *Tabulae binae figurae*, exhibent partes, de quibus hactenus egimus, eo in situ, quo ipsa in rana inueniuntur, si hepar vesicaeque pulmonales ex illa fuerint ablata; delineaui vero easdem hac ratione, quia, si ipsam quoque appinxissem ranam, numerum tabularum, praeter necessitatem, auxissem. Sistit itaque *4 figura* hasce partes, quales illas in foemella quadam inueni, quae iam cum masculo copulata erat, quamque ab eo seiunxeram, rationem illam inuestigaturus, qua oua ex ouario in vterum descenderent. Aperui eum in finem plures vna foemellas, vidique in nonnullis earum omnia oua ouario adhuc concluſa, vterum vero inanem; inueni in aliis non solum oua quaedam in vtero et tubis, sed et in ipso passim abdominis cauo; in aliis rursus, quae vero diutius copulatae fuerant, maximam ouorum partem in vtero deprehendi; haerebant nonnulla etiam hinc et illinc in tubis; quaedam in abdominis cauo dispersa reperi, nec non pauca ouario adhuc cohaerentia: id quod *4 figura* ob oculos ponit. *t t* ouarium est, in quo pauca tantum haerent ouula, quodque vtero plurimis iam ouulis repleto incumbit. *uuu*, *uuu*, indicant vtroque in latere illa ouula, quae ab ouario soluta, tubas versus tendunt, binaque alia *vv vv* prope orificium tubarum iam sita; *x x x*, *x x x* oua sunt quae tubam iam intrarunt, *y y* illum monstrant locum quo tubae in vterum hiant. Gemina, ast vacua intestinoque recto incumbens vesica vrinaria litteris *z z* est signata.

Quod tandem ad *5 figuram* attinet, repraesentat illa partes iam saepius memoratas, quales sese in foemella quadam, quam post emissa ouula aperui, inflato vtero, exhibuerunt. *A A* vterus est aere distentus, *B B* pars extrema eaque inferior tubarum, *C C* orificium earum in superiori extremo, quod semper proxime a corde *a* abest; *D D* ouarium vtero incumbens, quod singulis fere annis, post oua emissa, tot rursus fere repletur, quot antea edidit; *E E* vesica vrinaria vacua; *F* pars intestinorum tenuium; *G* intestinum rectum.

Enumeratis sic harum figurarum partibus, haud difficulter ea iam indicari poterunt, quae ipso sub coitu ex parte foemellarum fiunt. Patet ex illis quae iam p. 28 de *2 figura VI Tabulae*, modo vero de *1*, VIII p. 29 diximus, increscere autumno atque hyeme ouarium, oua, partesque foliaceas ouario cohaerentes; circa illud vero tempus quo ranae coeunt, augentur oua quotidie mole, donec maturuerint, vernoque tempore, quo ranae hae terrestres coeunt, ab ouario, ipso sub coitu, secedant, sursum

die Eyer zwar aus den Eyergängen in die Mutter hinein, aber nicht wieder aus selbiger zuruckgehen läſſt, und von dieſer Haut gedencket Swammerdamm nichts, woraus denn auch zu ſchlieſſen, daß er ſelbige nicht wahrgenommen; wiewohl auch ich nicht recht ſehen können, wie ſich dieſes Ventil eigentlich öffne, weil ſolches trocken geweſen. Ubrigens zeigen ſich auch noch die an der Mutter hangende Knochen, von welchen ich ſie angezeigter maſſen nicht los machen können, und weil die Mutter ſehr durchſichtig iſt, ſo ſiehet man ſie ſo deutlich, als ob ſie ganz blos wären; *r r* iſt alſo das mittlere *ſ ſ* aber eines der zwey Seitenbeine, woraus die Lenden bey dem Froſch beſtehen. Endlich ſehen wir auch noch bey *v* den Eyerſtock, der in dieſem Weiblein ausgeleeret und daher ſehr klein war, auch wegen des Trocknens noch kleiner geworden.

Die auf dieſer *VIII* Tabelle noch übrige beede Figuren zeigen uns die Theile von welchen wir bisher gehandelt haben, in derjenigen Lage, in welcher man ſie in dem Froſch ſelbſt findet, wann man die Leber nebſt den Lungenblaſen aus ſelbigem herausgenommen; ich habe ſie aber deswegen ſo vorgeſtellet, weil, wenn ich den Froſch ſelbſt dazu gemahlet hätte, die Anzahl der Kupfertafeln, unnöthiger Weiſe vermehret worden wäre. Die *4* Figur ſtellet uns alſo dieſe Theile ſo vor, wie ich ſie in einem Froſchweiblein gefunden, welches bereits mit einem Männlein gepaaret war, ich aber deswegen von dieſem losgemachet hatte, weil ich ſehen wollte, ob ich die Art und Weiſe, wie die Eyer aus dem Eyerſtock in die Mutter kämen, ausfindig machen könnte. Zu dieſem Ende hab ich mehr als ein Weiblein geöffnet, und in ihrer etlichen gefunden, daß die Eyer noch alle in dem Eyerſtock verſchloſſen, und die Gebährmutter ganz leer war; in andern habe ich nicht nur einige Eyer in der Mutter, und einige in den Eyergängen, ſondern auch hin und wieder in dem holen Leib angetroffen, und in etlichen, welche aber länger gepaaret geweſen, ſahe ich den gröſten Theil der Eyer in der Mutter; verſchiedene ſtacken hie und da in den Eyergängen; etliche fand ich hin und wieder in dem holen Leib; und einige wenige hiengen noch an dem Eyerſtock, welches alles unſere *4* Figur zeiget. *t t*, iſt der Eyerſtock worinnen noch einige wenige Eyer hangen, und welcher auf der mit ſehr vielen Eyern bereits angefüllten Mutter lieget. *u u u*, *u u u*, ſind zu beeden Seiten diejenigen Eyer, welche ſich von dem Eyerſtock abgelöſet, und nun auf dem Weg ſind in die Eyergänge zu gehen, wie ſich denn wircklich zwey an der Oeffnung derſelben *vv vv* befinden; *x x x*, *x x x*, zeigen die bereits in die Eyergänge eingetrettene Eyer, und bey *y y* iſt diejenige Gegend, wo ſich die Eyergänge in die Mutter öffnen. Die gedoppelte, aber leere, auf dem Maſtdarm liegende Urinblaſe iſt mit *z z* bezeichnet.

Was nun endlich die *5* Figur anbetrifft, ſo ſtellet ſelbige, öffters gedachte Theile, ſo vor, wie ſie ſich nach geendigter Laichzeit, in einem von mir geöffneten Weiblein, und nachdem ich die Mutter aufgeblaſen, gezeiget haben. *A A* iſt die aufgeblaſene Mutter; *B B* das untere Ende der Eyergänge; *C C* die Oeffnung derſelben am obern Ende, welche ſich allezeit zunächſt am Herzen *a* findet; *D D* der auf der Mutter liegende Eyerſtock, der ſich jährlich nach der Laichzeit faſt eben wieder mit ſo viel Eyern anfüllet, als er in ſelbiger von ſich gegeben; *E E* die leere Harnblaſe; *F* ein Theil der dünnen Gedärme; *G* der Maſtdarm.

Nachdem wir alſo dieſe Figuren betrachtet haben: ſo wird ſich nunmehr leichtlich zeigen laſſen, was auf Seiten des Weibleins, währender Paarung, vorgehe. Aus dem was wir p. 28. von der *2* Figur der *VI* Tabelle, und nur erſt von der 1 Figur der VIII p. 29 geſaget haben, erhellet, daß im Herbſt und Winter der Eyerſtock und die Eyer, nebſt den mit ihm zuſammhangenden blätterförmigen Theilen, gröſſer werden, gegen die Zeit der Paarung hin aber nehmen die Eyer noch immer zu, bis ſie endlich zu

http://rcin.org.pl

ſum aſcendant, intra tubas ingrediantur, perque illas in vterum tandem ſenſim ſenſimque deſcendant. Quomodo hoc fiat SWAMMERDAMMIVS ſe ignorare fatetur (*); rem tamen ſic ſe habere certum eſt, nec magis mira illa ipſi videri potuit,quam mihi, quum quae de ea ſcripſit legerem, figuramque quam ad illuſtrationem addidit (**) inſpicerem, donec tandem omnia illa ipſis etiam in ranis conſpexi, ouaque non ſolum in abdominis cauo, ſed et in tubis haerentia deprehendi, id quod in *4 figura* huius tabulae iam oſtendi. Reiicit haec omnia cl. MENZIVS, quumque eadem in de HEIDE etiam legerit obſeruatione, eundem ſequentibus refutat verbis: *errat autem a regia ouorum via, et tubarum fabricae conexionique contrarium conceptionis modum confinxit HEIDIVS: quanto tubas altera parte patulas, libere fluitantes per abdomen, infundibuli forma finxit, quae oua in cauum ventris lapſa arripiant, atque per anguſtiorem canalem, iterum latius extenſum, in vterum praecipitent* (***). Quamuis vero hic regeri poſſet, alia haec quam de HEIDE eſſe verba, hoc tamen omiſſo, oſtendemus potius MENZII exemplo, facillimum, eorum, qui ſibi ſolis ſapiunt, eſſe lapſum. Quum ſemel ſtatueruat foecundari oua ranarum per thoracem, non poterant non tubae eo etiam tendere,aliam namque, qua ſemen ferretur ad oua, non nouerat viam, licet de HEIDE eam illi oſtenderet, ipſique BLASIVS notus fuerit, cuius in opere, SWAMMERDAMMII figura ſupra citata, ſimiliter exhibetur (†). Dicit de HEIDE, transmitti oua per tubas in vterum; tantum vero abeſt vt MENZIVS hic ipſi aſſentiatur, vt potius ſcribere maluerit, *demitti ouula occulta via in vteri marſupium* (††); licet inſuper fateatur, reperta eſſe oua in ductu, vel tuba, perſuaſum tamen habet, *vrgeri illa ex vtero in tubam, vi, quam patitur animal, dum viuum inciditur abdomine, quo motibus conuulſiuis agitur, et vterus contrahitur violentius &c.* (†††) Nonne hic meliore iure dici poſſent, quae ipſe dixit: *quot verba, tot negligentiae argumenta, παραδόματα*? Si cel. MENZIVS rem hanc ea ratione tractaſſet, qua ego illam aggreſſus ſum, a veritatis certe tramite non tam longe aberraſſet. Quum prima vice ranarum ſuſcipiebam anatomen, MENZII aeque ac IACOBAEI(*†), CHARLETONI(†*) et SWAMMERDAMMII ad manus mihi erant figurae. MENZII et CHARLETONI figurae parum exprimebant naturam, neque etiam ea inuenire potui vaſa deferentia, quae ex ſententia CHARLETONI, in maribus, a teſticulis, vt tubae pars in foemellis, ad fauces tendunt; vas vero illud deferens MENZII (†*†) ſuper teſtibus aſcendens ſimiliter latuit. IACOBAEI figurae illis ex parte ſimiles erant, quas SWAMMERDAMMIVS dedit; hae vero tam perſpicue omnia referunt, vt ſingula, maximam partem, mox inuenerim, ſi veſiculas ſeminales maſculorum, ſuperiusque orificium tubarum nec non vterum in foemellis, et in vtrisque veſicam vrinariam excipias, quae cuncta ob pellucidatem diutius conſpectui meo ſeſe ſubducebant. Quum vero reliquas partes, quas ſuis in figuris depinxit, adeſſe cernerem, ea ipſius apud me erat auctoritas, vt plures non tantum ranas aperire, ſed et partes nondum viſas, omni adhibita opera, quaerere conſtituerem. Atque ſic inueni primo in maſculo, quem tempore quo ranae oua emittunt diſſecui, veſiculas ſeminales, quippe quae ſemine turgentes, prae reliquis partibus conſpectui ſeſe ſiſtebant; quumque hac ratione ſedes quam

ihrer Reiffe gelanget, und im Frühling, da ſich dieſe Gras-Frösche begatten, von dem Eyerſtock, währender Paarung, losgehen, in die Höhe ſteigen, in die Eyergänge tretten und durch ſolche, nach und nach, in die Mutter kommen. Wie dieſes zugehe weis Swammerdamm nach ſeinem eigenen Geſtändnis nicht (*); unterdeſſen geſchiehet es doch, und ſo wunderbar ihm dieſe Sache vorkam, ſo wunderbar ſchien auch mir dieſelbe zu ſeyn, als ich dasjenige las, was er davon geſchrieben, und die Figur betrachtete, die er deswegen mitgetheilet (**), bis ich endlich alles in den Fröſchen gleichfalls ſahe, und nicht nur die Eyer im holen Leib, ſondern auch in den Eyergängen antraf, wie ich in der 4 Figur dieſer Tabelle gezeiget habe. Herr Menz will hievon gar nichts wiſſen, und da er ein gleiches bey de Heyde gefunden, ſo wiederſpricht er ihm auf folgende Weiſe: de Heide hat den rechten Weg der Eyer verfehlet, und eine Art einer Empfängnis erdacht die der Structur der Eyergänge, und ihrem Zuſammenhang ganz zuwider iſt: indeme er ſich einbildet die Eyergänge ſeyen an ihrem einem Ende offen, lägen im Unterleib frey, und hätten die Form eines Trichters, ergriffen die in den holen Leib gefallene Eyer, und brächten dieſelben, durch einen engeren Canal, der hernach wieder weiter würde in die Mutter (***). Ob wir nun zwar hier einwenden könnten, daß die Worte des de Heide anderſt lauten, ſo wollen wir uns doch hiebey nicht unnöthiger Weiſe aufhalten, ſondern an dem Exempel Herrn Menzens zeigen, wie leicht diejenigen irren, die ſich alleine weis zu ſeyn duncken. Da er einmal die Meynung angenommen hatte, die Befruchtung der Eyer der Fröſche geſchehe durch die Bruſt, ſo muſten die Eyergänge dahin gehen, weil er ſonſt keinen Weg wuſte, durch welchen der Saame zu den Eyern kommen konnte, ob ihn gleich de Heyde ein anders lehrte, und ihm auch Blaſius nicht unbekannt war, in deſſen Werck die von Swammerdamm mitgetheilte und bereits oben angeführte Figur ebenfals befindlich iſt (†). De Heide ſagt die Eyer giengen durch die Eyergänge in die Mutter; ehe aber Menz dieſes glaubt, ſo ſchreibt er lieber, die Eyer kämen durch einen verborgenen Weg in die Mutter (††), und ob er ſchon eingeſtehet, daß die Eyer in den Eyergängen gefunden worden, ſo meinet er doch, es würden dieſelben aus der Mutter in den Eyergang, durch diejenige Gewalt getrieben, die das Thier auszuſtehen hat, wann man es lebendig öffnet, da es krampfhaffte Bewegungen leiden mus und ſich die Mutter gewaltſamer Weiſe zuſammen ziehet ꝛc. (†††). Könnten wir hier nicht mit viel beſſerem Recht als er ſagen: ſo viel Worte, ſo viel Beweiſe von Nachläßigkeit und Fehlern? Hätte Herr Menz hierinnen ſo verfahren wie ich, ſo würde er die Wahrheit nicht ſo ſehr verfehlet haben. Als ich mich das erſtemal an die Anatomie der Fröſche machte, hatte ich ſowohl Menzens als auch Jacobäi (*†), Charletons (†*) und Swammerdamms Figuren bey der Hand. Menzens und Charletons Figuren kamen mit der Natur wenig überein, auch konnte ich diejenigen Gefäſe nicht finden, welche nach Charletons Meinung in dem Männlein von den Geilen, wie ein Theil der Eyergänge in dem Weiblein, nach den Mund gehen ſollen, und das aus den Geilen des Männleins nach oben gehende zuführende Gefäs Menzens (†*†) war für meinen Augen ebenfals verborgen. Jacobäi Figuren kamen theils mit denjenigen überein die wir von Swammerdamm haben; dieſe lezere aber ſind ſo deutlich

(*) Bibl. Nat. p. 807.
(**) Bibl. Nat. Tab. XLVII. Fig. 5.
(***) L. c. p. 20. §. XXVI.
(†) *Ger. Blaſii* Anatome Animalium Tab. LV.
(††) L. c. §. XX. p. 15.
(†††) L. c. p. 21. §. XXVII.
(*†) *Ol. Jacobæi* de ranis et lacertis obſeruationes.
(†*) l. c. Mantiſſa anatomica p. 90. und 92.
(†*†) l. c. p. 13. §. XV.

http://rcin.org.pl

quam ſemper occupant, mihi innotuit, nunquam non easdem poſtea, vacuas licet, inuenire potui. Ope tubuli in inteſtinum rectum immiſſi, ſufflando mox vacuum atque collapſum detexi vterum; illico namque ab aere extendebatur; veſica contra vrinaria tam diu delituit, donec tandem tubulum, quo vterum ſufflaueram, nonnihil retrahebam atque illam inteſtini recti ſuperficiem verſus dirigebam, quae, vbi rana dorſo incumbebat, faciem meam ſpectabat; nunc vero eandem cuilibet quocunque monſtrare poſſum tempore. Maior nauanda erat opera in detegendis tubarum orificiis. Aere easdem repleturus, ſaepe incaſſum laboraui, tandem vero vi aerem in illas impuli, parum curans, ſi forſan vterus hinc dirumperetur; tunc vero ſenſim ſenſimque ab aere diſtendebantur, ad partem vsque haud adeo magnam, quae, quantum quidem videbam, non poterat non ſurſum, cor verſus, excurrere, atque hinc viſui ſeſe ſubducebat, quod, quemadmodum iam dixi, tubarum pars extrema eaque ſuperior, ſic extenuatur, vt pelluceat. Quum vero hactenus aere per tubulum immiſſo non ſine ſucceſſu vſus eram, eius etiam ope me orificium ſuperioris huius extremitatis reperturum, vix dubitabam, atque hinc, in rana cuius vterum aere non repleueram, ſequenti id tentaui ratione. Tubae illae in quas iam antea aerem immiſeram, docuerant me, exporrigi extremitatem earum ſuperiorem in ipſa dorſi regione ſurſum verſus; vt igitur hanc vacuam redderem, ventriculum e rana abſtuli, veſicas vero pulmonum ea ratione remoui, vt cor omni ex parte nudum conſpicerem: verebar enim ne, ſi illas abſcinderem, ipſam tubarum extremitatem, quam quaerebam, laederem. Poſtquam itaque SWAMMERDAMMII figuram, qua ſuperius ille tubarum oſtendit orificium ſemel atque iterum intentis oculis acerrime contemplatus eram, locumque illum, quo, ipſo indicante, aperiuntur, probe notaueram, tamdiu illum verſus per tubulum aerem immiſi, donec tandem aperturam aliquam inſimulque translucentem et ad litterae *s* formam propemodum incuruum, conſpexi canalem, quem vbi detexeram, maiori vi aerem in illum impuli, atque ſic omnem non ſolum tubam, ſed tandem etiam ipſum aere repleui vterum. Hac itaque ratione de tubae apertura certior redditus, facile nunc intelligebam, hinc tantum illos, qui tam miras de ranarum generatione fouent ſententias, erraſſe, quod eam ignorauerant; quodſi vero quis eandem eſt quæſiturus, hic, ſi ratione a me indicata rem tentabit, illam certo certius inueniet; me certe eandem omni tempore cuilibet oſtenſurum, ſpondere audeo.

Adeſſe itaque tubarum illud orificium, quod in *4 figura* ad *w w*, et in *quinta* ad *c c* cernimus, certum eſt; quum vero illae earum partes, quae apertae ſunt, in ipſa cordis regione firmiter accretae, ad ouuarium vsque deſcendere, et matura oua arripere nequeunt, qua ratione haec ipſas intrent tubas, difficilius concipitur; eam tamen ſequentem in modum aliquatenus explicari poſſe, perſuaſum habeo.

lich, daß ich bald den gröſten Theil desjenigen fand was ſie vorſtellen; nur konnte ich die Saamenbläslein in dem Männlein, und bey den Weiblein die obere Oeffnung der Eyergänge, nebſt der Mutter: in beeden aber die Harnblaſe, wegen der Durchſichtigkeit aller dieſer Theile, lange nicht ſehen. Weil aber die übrigen Theile die er in ſeinen Figuren zeiget alle da waren, ſo hatte er bey mir ſchon ſo viel Glauben, daß ich mich entſchlos, in mehr als einem geöffneten Froſch, die mir noch unbekannte Dinge mit allem Fleis zu ſuchen. Dieſemnach fand ich erſtlich die Saamenbläslein in einem Männlein ſo ich zur Laichzeit öffnete, in welchem ſelbige, weil ſie von Saamen ſtrozeten, für andern Theilen gleich in die Augen fielen; da ich nun alſo die Gegend einmal geſehen hatte wo ſie ordentlich liegen, ſo konnte ich ſie nachgehends allezeit finden, wenn ſie auch gleich ganz leer waren. Ein in den Maſtdarm gebrachtes Röhrlein, durch welches ich Lufft einblies, half mir die leere und zuſammgefallene Mutter bald entdecken, indem ſie die Lufft ſogleich ausdehnte; aber die Harnblaſe blieb ſo lange verborgen, bis ich mir einmal einfallen lies, das Röhrlein, womit ich die Mutter aufgeblaſen hatte, etwas zuruck zu ziehen, und nach derjenigen Seite des Maſtdarms zu richten, welche, wann der Froſch auf dem Rucken lag, gegen mein Geſicht gekehret war; und nunmehr bin ich allezeit im Stand ſie einem jeden zu zeigen. Mehr Mühe koſtete es mir die Oeffnungen der Eyergänge zu finden. Dieſe wollten ſich lange nicht mit Lufft anfüllen, wenn ich die Mutter aufblies, endlich aber entſchlos ich mich die Lufft mit Gewalt hinein zu treiben, die Mutter mögte darüber börſten oder nicht, und da füllten ſie ſich nach und nach mit Lufft an, bis auf einen kleinen Theil, der, ſo viel ich ſehen konnte, oben nach den Herzen ſich erſtrecken muſte, aber deswegen faſt unſichtbar war, weil die Eyergänge, wie ich bereits geſaget hab, an ihrem oberen Ende viel dünner und alſo durchſichtig werden. Da mir das Einblaſen der Lufft bisher ſo gute Dienſte gethan hatte, ſo zweifelte ich gar nicht, daß ſie mir auch zur Entdeckung der Oeffnung dieſes obern Endes behülflich ſeyn würde; dieſemnach verſuchte ich es an einem Froſch, deſſen Mutter ich noch nicht aufgeblaſen hatte, auf folgende Weiſe. Die vorher in andern Fröſchen ſchon aufgeblaſene Eyergänge hatten mir gezeiget, daß ihr oberes Ende hinten an dem Rucken hinauf lief, daher nahm ich den Magen zuſammt den Gedärmen heraus, um denſelben frey zu bekommen, die Lungen oder Lufftblaſen aber legte ich ſo auf die Seite, daß das Herz ganz frey da lag; abſchneiden aber wollte ich ſie nicht, weil ich befurchte ich mögte das Ende der Eyergänge, ſo ich ſuchte, verlezen. Nachdem ich nun aber die Figur des Swammerdamms, in welcher er die obern Oeffnungen der Eyergänge zeiget, noch einmal recht wohl betrachtet, und den Ort wo er ihre Oeffnung weiſet, genau beuercket hatte, blies ich ſo lange ganz ſachte nach ſelbigen durch mein Röhrlein zu, bis ich endlich einer Oeffnung, und zugleich auch eines durchſichtigen Canals, der ſich faſt wie ein *s* krümmete, gewahr wurde; als ich aber dieſen einmal hatte, trieb ich die Lufft mit mehrerer Gewalt hinein, worauf ſich nicht nur allein der ganze Eyergang, ſondern auch zulezt die Mutter anfüllte. Alſo war ich endlich dieſer Oeffnung gewis, und wurde nunmehr innen, daß diejenigen welche ſo beſondere Meinungen von Erzeugung der Fröſche haben, blos deswegen gefehlet hatten, weil ihnen ſolche nicht bekannt war; wer ſie aber in das künfftige ſuchen will, der darf es nur eben ſo wie ich machen, ſo wird er ſelbige ganz gewis finden; ich wenigſtens getraue ſie mir allezeit jeglichem zu zeigen.

Die Oeffnung der Eyergänge iſt alſo, ſo wie wir ſie in der *4* Figur *w w*, und in der fünften *c c*, ſehen, gewis da, weil aber dieſe Theile derſelben, worinnen ſie befindlich ſind, um die Gegend des Herzens veſt anhangen: ſo können ſie ſich nicht bis zu dem Eyerſtock herab begeben und die reifen Eyer auffaſſen, daher es denn auch ſchwehr zu begreiffen, wie ſolche in die Eyergänge hinein kommen;

http://rcin.org.pl

habeo. Poſtquam oua in ouario conſuetam obtinuerunt magnitudinem, ouarium, mole admodum auctum, a tubarum aperturis parum fere diſtat, atque hinc breuis etiam eſt via ouis emetienda; vbi vero pars eorum in ipſum deſcendit vterum, hic ipſe ſenſim ſenſimque repletus, magis magisque ſurſum verſus aſcendit, ita, vt oua in inferiore ouarii parte haerentia propius ad tubarum accedant orificia; inferiora autem verſus, ab ouario aeque ac ab vtero, ouis via praecluditur: ſi itaque hoc vel illo, mihi quidem incognito, modo, oua in motum cieantur, ſuperiora verſus vt progrediantur neceſſe eſt; qua vero ratione in tubas ingrediantur, vtrumque ope muſculoſarum fibrarum, quibus illae inſtructae ſunt, per ipſas promoueantur inque vterum deuoluantur, quae SWAMMERDAMMII (*) ſententia eſt, me quidem neſcire fateor; maſculum tamen ſtrictiore ſuo amplexu ingreſſum ouorum in tubas adiuuare, veriſimile videtur.

Autumat modo citatus SWAMMERDAMMIVS, generari in tubis gluten illud, vel albumen, quo oua cinguntur: non ſolum enim gyrinos tuba minutim conciſa enutriuit; ſed euadit etiam tuba ipſa, in aquam coniecta ſenſim vel octuplo craſſior (**), id quod et IACOBAEVM notaſſe memini (†). Tentaui et ego idem, tubam autem intumuiſſe, non vidi, id quod tamen hinc fortaſſe factum eſt, quod partem eiusmodi ſumſerim tubae, quae huius glutinis nihil amplius contineret; atque hinc haud eo inficias, oriri ouorum albumen in tubis hisce, quum praeſertim eam ob cauſſam in tantam exporrectae mihi eſſe videantur longitudinem, vt pro tot ouis ſufficientem glutinis continere queant quantitatem; obſeruaui attamen, oua ab ouario ſoluta, nondum tamen in tubam delata, albumine etiam fuiſſe cincta; in aquam quippe demiſſa, diſtincte id monſtrarunt; atque hinc eſt quod credam, id quod ſupra iam innui, iuuare partes illas ſoliaceas ouario cohaerentes, huius quoque glutinis generationem: faceſſere namque pinguedinem earum, tempore quo ranae in latebris degunt, in harum nutritionem, quae IACOBAEI eſt coniectura (††), hinc mihi non fit veriſimile, quod eo ipſo tempore, magis quam alio increſcant, pauloque ante coitum maximae ſint.

Poſtquam ſingula oua in vterum ingreſſa ſunt, magis quam antea foemellae turget abdomen, ſi vero quis ranas copulatas ſaepius attentiusque conſideret, videbit ille, exporrigi tunc foemellae corpus plus in longitudinem altiusque attolli: hoc ipſum etiam maſculus percipere videtur, ac ſi foemella illum moneret, adeſſe nunc tempus, quo oua iamiam ex vtero per inteſtinum rectum eiaculanda, ſemine ſint foecundanda. Atque haec illa ſunt, quae hactenus circa coitum generationemque ranarum, in ranis terreſtribus obſeruaui; finem itaque huic nunc imponere poſſem ſectioni, niſi icon ſupereſſet, de qua prorſus nil dixi. Exhibet eam *Tabula VII*, exprimiturque illa ranae noſtrae terreſtris ſceleton, quod addere volui, licet hac in Sectione reliquarum huius ranae partium anatomen minus tetigerim, ratus fore, vt easdem in rana viridi aquatica, quae hanc magnitudine ſuperat, faciliore ſim examinaturus opera.

Cerni-

doch ſollte ich meinen es laſſe ſich dieſes einigermaſſen auf folgende Weiſe erklären. Wenn die Eyer in dem Eyerſtock ihre gewöhnliche Gröſſe erlanget, ſo iſt der Eyerſtock ziemlich ausgedehnet, und alſo mit ſeinem obern Theil von der Oeffnung der Eyergänge ſo weit nicht entfernet, dieſemnach iſt auch der Weg den die Eyer zu nehmen haben kurz; wann aber ein Theil derſelben in die Mutter getretten, ſo hebt ſich dieſe, wie ſie nach und nach angefüllet wird, immer mehr und mehr in die Höhe, und alſo ſind auch die im untern Theil des Eyerſtockes befindliche Eyer näher bey dem Eingang der Eyergänge; nach unten zu aber wird den Eyern der Weg, ſowohl von dem Eyerſtock als der Mutter ſelbſt, verſchloſſen: wenn ſie alſo auf eine oder die andere Weiſe, die ich zwar nicht anzeigen kan, in Bewegung gebracht werden, ſo müſſen ſie nach oben gehen; wie ſie aber in die Eyergänge kommen, und ob ſie durch Hülfe der in dieſen befindlichen fleiſchigen Faſern durch ſelbige durch und in die Mutter getrieben werden, wie Swammerdamm meinet (*), kan ich nicht ſagen; doch ſollte ich meinen, daß auch das Männlein, welches das Weiblein veſt umarmet, die Eyer in ihre Gänge hinein treiben helffe.

Erſt angeführter Swammerdamm hält auch dafür, die Eyer erhielten den Schleim, oder das Weiſſe, von welchem ſie umgeben ſind, in den Eyergängen; indem er nicht nur die Froſchwürmer mit einem in kleine Stücklein zerſchnittenen Eyergang unterhalten, ſondern auch die Eyergänge, wann man ſie ins Waſſer leget, nach und nach ſo auflauffen, daß ſie wohl achtmal dicker werden (**), welches lezere Jacobäus ebenfals beobachtet hat (†). Ich habe ſolches zwar auch einmal verſuchet, alleine nicht geſehen, daß ſolche aufgequollen; doch mag ſolches vielleicht daher gekommen ſeyn, daß ich ein Stuck von einem ſolchen Eyergang genommen, der bereits von dieſem Schleim leer war; daher ich auch gar nicht laugnen will, daß die Eyer in dieſen Eyergängen ihr Weiſes bekommen, zumalen da ſie mir deswegen ſo lange zu ſeyn ſcheinen, damit ſie genugſamen Schleim für ſo viele Eyer enthalten können; doch hab ich auch beobachtet, daß diejenigen Eyer, ſo von dem Eyerſtock bereits los waren, und noch nicht in den Eyergang gekommen, eben auch mit dem Weiſſen umgeben ſeyn, welches ſich, wann ich ſelbige, ins Waſſer legte, ganz deutlich zeigte; daher ich denn auch glaube, wie bereits oben von mir gemeldet worden, daß die am Eyerſtock hangende blätterförmige Theile zur Erzeugung dieſes Schleims etwas beytragen: denn daß das in ihnen enthaltene Fett dem Froſch, während der Zeit da er ſich im Verborgenen hält, zur Nahrung dienen ſollte, wie Jacobäus meinet (††), kan ich deswegen nicht glauben; weil ſie zu eben dieſer Zeit gröſſer als ſonſten werden, und kurz vor der Paarung am gröſten ſind.

Wenn nun die Eyer alle in die Mutter getretten, ſo iſt der Unterleib des Weibleins viel dicker, als vorher, anzuſehen; auch kan derjenige, welcher die mit einander gepaarten Fröſche öffters, und genau betrachtet, gar wohl wahrnehmen, daß das Weiblein alsdenn einen geſtrecktern Leib mache, und den hinteren Theil deſſelben mehr in die Höhe hebe: dieſes ſcheinet nun das Männlein zu mercken, gleich als ob es von dem Weiblein erinnert würde, daß es jezt Zeit ſeye die Eyer, welche nunmehr bald aus der Mutter durch den Maſtdarm heraus getrieben werden, mit ſeinem Saamen zu befruchten. Und ſo viel habe ich zur Zeit von der Paarung und Erzeugung der Fröſche an den Grasfröſchen wahrgenommen, daher ich denn auch dieſen Abſchnitt nunmehr beſchlieſſen könnte, wenn nicht eine Figur übrig wäre, von welcher ich noch gar nichts geſaget. Es iſt ſelbige auf der *VII* Tabelle befindlich, und ſtellet das Gerippe unſeres Grasfroſches vor, welches ich hier mit beyfügen wollen, ob ich ſchon mich mit der Anatomie der übrigen Theile dieſes Froſches, in gegenwärtigem Abſchnitt

(*) L. c. p. 806. (**) Loc. cit. p. 806.
(†) L. c. p. 75. (††) L. c. p. 71.

http://rcin.org.pl

Cernimus itaque in *2 figura VII Tabulae*, ſceleton ranae referente, maxillam ſuperiorem *m*, multis exiguis acutisque conſitam eſſe dentibus, ad modum ſerrae ſubtilioris qua frondium ornatus in aſſeribus formantur; maxilla contra inferior *o*, eaque tenuior, ex integro laeuis, nullis exaſperatur dentibus, ſed etiam viua in rana mollis eſt: atque hinc patet, eiusmodi ranam neque mordere, id quod tamen nonnulli affirmare videntur, neque rodere poſſe; ore itaque cibum, inſecta nempe, quibus, vti iam ſupra diximus, praeſertim nutritur, tantum comprehendit, integrumque dein deuorat. *n* mobilis maxillarum eſt commiſſura vel articulus, debilior quidem quam eſſe deberet, ſi rana morderet roderetque. *p p* maiora oculorum ſunt foramina; *r* caluaria anteriora verſus ad finem vsque foraminum oculorum pertingens; licet autem ranae cerebrum mole ſit paruum, caluariam tamen vndique replet. *q q* regio aurium eſt, quarum vero in ſceleto nil conſpicitur. *ſ ſ* binae ſunt ſcapulae quae cum ſterno *t t t*, ope alius oſſis plani, clauiculae locum occupantis, cuique os humeri inſeritur, ex vtroque latere committuntur. Os pectoris anteriore in parte acuminatum, in margine laterali ſinuatum, in parte poſtica lunatum eſt. Huius nec non ſcapularum ope, cor veſicaeque pulmonum in thorace haerentes, tutantur, ne, rana poſt ſaltum in terram delabente, laedantur. Quum ranae nullum ſit collum, ceruicis etiam caret vertebris, ipſumque caput ſpina excipit dorſi, ex nouem conſtans vertebris. Deſunt in prima harum vertebrarum proceſſus laterales, qui tamen ſequentibus tam longi ſunt *u u u u u u u*, vt coſtarum vices, quibus rana caret, ſubire videantur. Exporrigit autem ſeſe ſpina haec vix vltra medium ranae dorſum, reliqua vero illus pars, aliquanto longior, nullis componitur ex vertebris, ſed ex tribus longis gracilibusque conſtat oſſibus, quorum quidem bina lateralia *w w*, lumborum oſſa appellari poſſent: iunguntur illa ſuperius cum lateralibus vltimae vertebrae proceſſibus, dein, parum incurua, congrediuntur, inferiusque oſſi committuntur, quod aliis in animalibus pubis vel pectinis os appellant; medium vero illud rectoque ductu excurrens os *x x*, ex mea quidem ſententia, coccygis os dici poſſet: in gyrinis namque cauda eidem cohaeret. Inſeruntur in pubis os *y y* crura ſaltatoria ex tribus partibus conſtantia: ex oſſe nempe femoris parum incuruo, ex tibia minus inflexa nec non ex pedis oſſibus. Bina priora pedis oſſa, ad tibiam inferiorem poſita, litteris *z z* ſignata ſunt: excipunt haec aliquot oſſa minora, atque ab his digiti oriuntur. Conſtat extimus digitus ex quatuor oſſiculis, proximus huic quinque habet, tertius quatuor, quartus et quintus, qui breuiſſimus, tria. Breuiora multum ſunt crura anteriora, ſt ex duobus tantum conſtant oſſibus teretibus, nec non ex illis quibus pes componitur. Gibbum eſt primum illorum in priorem partem, reliquaque longitudine ſuperat; huic adhaeret os in fine leui diuiſione dehiſcens, ſuccedit dein carpus nec non quatuor digiti, quorum extimus cum ſibi proximo ex quatuor, bini reliqui vero ex tribus componuntur oſſiculis.

FINIS

HISTORIÆ RANÆ FUSCÆ, TERRETRIS.

ſchnitt, nicht eingelaſſen habe, indem ich geglaubet, ich würde ſolche an den Theilen des grünen Waſſerfroſches, der noch gröſſer iſt, beſſer vornehmen können.

Wir ſehen alſo an dieſem Gerippe, welches die *2* Figur der *VII* Tabelle zeiget, daß der obere Kiefer *m*, mit vielen zarten und ſpizigen Zähnen, gleich einer zarten Laubſäge, beſezet ſey; der ziemlich geſchmeidige untere Kiefer *o* hingegen, iſt ganz glatt und mit keinen Zähnen beſezet, und an dem lebendigen Froſch etwas biegſam, woraus erhellet, daß ein ſolcher Froſch nichts zerbeiſſen, oder abnagen könne, wie doch einige meinen wollen; daher er denn auch ſeine Speiſe, welche, wie oben gemeldet worden, gröſtentheils aus Inſecten beſtehet, nur mit dem Mund veſte hält, und hernach ganz verſchlucket. *n* iſt die bewegliche Vereinigung oder das Gelencke beeder Kiefer, welches ebenfals ſchwächer iſt, als es zum Abbeiſſen und Nagen erfordert wird. *p p* ſind die zwey groſſen Löcher in welchen die Augen ſizen; *r* iſt die Hirnſchale, die ſich nach vornen zu, bis faſt dahin wo die Augenlöcher aufhören, erſtrecket; ob aber gleich das Hirn des Froſches geringe iſt, ſo füllet ſolches doch dieſe Hirnſchale aus. Bey *q q* iſt die Gegend der Ohren, von welchen aber in dem Gerippe ſonſt nichts zu ſehen. *ſ ſ* ſind die beeden Schulterblätter, und dieſe ſind mit dem Bruſtbein *t t t* durch ein anderes etwas plattes Bein, welches die Stelle des Schlüſſelbeins zu vertretten ſcheinet, zu jeder Seite vereiniget, und in ſelbigen hat das Schulterbein ſeine Einlenckung. Das Bruſtbein iſt vornen ſpizig, an den Seiten ſtarck ausgeſchweifet, und hinten mondförmig. Durch dieſes, wie auch durch die beeden Schulterblätter, werden die in der Bruſt nebſt dem Herz enthaltene Lungenblaſen beſchüzet, daß ſie im Springen und Auffallen des Froſches keinen Schaden leiden. Weil der Froſch keinen Hals hat, ſo mangeln ihm auch die Halswirbelbeiner, und daher fängt, ſo gleich an dem Kopf, das aus neun Wirbelbeinen beſtehende Ruckgrat an. Das erſte dieſer Ruckenwirbelbeiner hat keine Querfortſäze, an den ſieben folgenden aber ſind ſie ſo lange, daß ſie faſt ſtatt der dem Froſch manglenden Ribben dazuſeyn ſcheinen, wie die Buchſtaben *u u u u u u u* zeigen. Dieſes Ruckgrat macht aber nicht gar die Hälffte von dem Rucken des Froſches aus, und der übrige Theil desſelben iſt etwas länger, beſtehet aber aus keinen Wirbelbeinern, ſondern aus drey langen und dünnen Knochen, davon die an den Seiten ſtehende und mit *w w* bezeichnete, die Lendenbeine genennet werden könnten: es vereinigen ſich dieſelben obenher mit den Querfortſäzen des lezten Wirbelbeins, hernach krümmen ſie ſich etwas in ihrem Fortgang, kommen unten näher zuſamm, und vereinigen ſich mit einem Bein, welches dasjenige ausmachet, ſo ſonſt an andern Thieren das Schambein genennet wird; das mittlere gerad auslauffende Bein aber *x x*, iſt deswegen, meiner Meinung nach, das Schwanzbein zu nennen, weil an ſelbigem bey den Froſchwürmern der Schwanz angewachſen iſt. An dem Schambein *y y* haben die beeden Springfüſſe ihre Einlenckung; dieſe aber beſtehen aus drey Theilen: aus dem etwas gekrümmten Oberſchenckelbein, aus dem gerad auslauffenden Schienbein, und aus den Fusbeinen. Die erſten zwey Fusbeine ſo am Schienbein ſtehen ſind mit *z z* bezeichnet, auf dieſe folgen etliche kleine Beinlein, und alsdenn die fünff Zehen. Die äuſſerſte derſelben beſtehet aus vier Beinlein, die zunächſt darauf folgende aus fünf, die dritte wieder aus vieren, und die vierte nebſt der fünften und kürzeſten aus dreyen. Die vordern Füſſe ſind viel kürzer als die hintern, beſtehen aber nur aus zwey Röhrenbeinen und den eigentlichen Fusknochen. Das erſte Röhrenbein iſt etwas über ſich gekrümmt und dabey das längſte, das daran ſtehende ſcheinet unten etwas getheilet zu ſeyn, darauf folget die Fuswurzel und hernach die vier Zehen, von welchen die äuſſerſte und die nächſte daran aus vier Beinlein, die beeden übrigen aber aus dreyen zuſammen geſezet ſind.

ENDE

der Beſchreibung des braunen Grasfroſches.

http://rcin.org.pl

ERRATA.

Quum omni adhibita cura non obſtante in primam hanc Sectionem varii irrepſerint errores, nonnullique eorum ſenſum turbent, eosdem, addita emendatione indicare hic neceſſarium eſſe duxi.

Pag. 1. Lin. 7, ante finem *bracchits*, lege, *brachiis.*
— 2 — 17, *ititemque*, lege *itidemque.*
— 5 — 1, poſt *partem*, adde *aquis.*
— 6 — 32, *vndeuigeſimoque*, lege *et vigeſimo primo.*
— 7 — 8, idem occurrit error.
— — — 27, *duodecimo*, lege *vigeſimo quarto.*
— 9 — 18, *24*, lege *22.*
— 10 — 7, *b*, lege *p.*
— — 19, *ſ*, ſcribe *s.*
— — 14, ante finem, *dereliquentes* lege *derelinquentes.*
— 12 — 1, *partinm*, lege *partium.*
— — 2, *fuerit*, lege *fuerint.*
— 13 — 7, *europaeus* lege *europaeas.*
— — 4, in ſubiecta nota, *Ceut.* lege *Cent.*
— 16 — 25, *mouebatur*, lege *ſeſe mouebat.*
— 17 — 32, *nonnulla*, lege *nonnulla.*
— 18 — 9, *credeebam*, lege *credebam.*
— 19 — 15, ante finem, poſt *deſcriptione* ponatur,.
— 20 — 16, — — *ventriculus* — ,.
— 23 — 26, — — *vidi* — ,.
— 28 — 5, — — *tendere* *.

Fehler.

Da, ungeachtet aller Vorſicht, in dieſen erſten Abſchnitt ſich verſchiedene Fehler eingeſchlichen, einige davon aber den Sinn der Worte verdunkeln: als habe ſolche nebſt ihrer Verbeſſerung hier anzuzeigen für nöthig erachtet.

Seite 2 Lin. 28, Linnanus, lies Liunäus.
— 3 — 16, einem, einen.
— 4 — 12, von unten, nach Weiblein mache ein,.
— 7 — 38, zwölfften, lies vier und zwanzigſten.
— 10 — 11, für *b*, ſeze *p.*
— 11 — 14, im, lies, in.
— 12 — 10, gleichten, lies, glichen.
— 14 — 32 von unten, können, lies könne.
— — — 6 von unten, angehen, lies nachgehen.
— 16 — 2, brauneu, lies braunen.
— 20 in der lezten Linie, ausdähnen, lies ausdehnen.
— 21 — 30, *b*, ſeze *t.*
— 24 — 14, von unten, *2* ſeze *1.*
— 26 — 22, werden, lies, worden.

http://rcin.org.pl

HISTORIA NATVRALIS RANARVM NOSTRATIVM.

SECTIO II.

RANA ARBOREA.

Oder

Die Natürliche Historie Der Frösche hiesiges Landes.

Zweyter Abschnitt. Der Laubfrosch.

CAPVT I.

RANAE ARBOREAE PROPRIETATES, COITUS, GENERATIO.

In *secunda* hac, Historiae naturalis ranarum nostratium, *Sectione*, de rana scripturus sum arborea, quamuis enim in examine atque in notandis proprietatibus ipsius multum operae laborisque sit consumendum; in huius tamen ranarum speciei perscrutatione magis prosperam, quam in reliquarum, hactenus expertus sum fortunam; eo ceterum gratiorem hanc *Lectoribus beneuolis* futuram spero historiam, quo minus eorum explorata est veritas, quae hac de rana in aliorum Auctorum notata legent scriptis.

Esse ranam arboream singularem ranarum nostratium speciem, ipsa externa eiusdem satis superque indicat forma. Superant eandem ranae nostrates reliquae magnitudine, et licet longiorem ducat aetatem, nunquam tamen ranam terrestrem triennem aequabit magnitudine, atque hinc merito, minimam eandem ranarum esse speciem, affirmare possumus. Differt illa etiam a reliquis speciebus colore: laete namque viret superficies eiusdem superior, inferior autem, si in maribus gulae regionem, in foemellis vero, aeque ac in illis, pedes excipias, albet fere; accedit huc singularis notatuque omnino dignus character, flauescens nempe linea, binas hasce superficies discriminans: haec prope nares orta, vtroque in latere per caput corpusque extenditur; prope femur vero sursum ascendit, descriptoque ibidem angulo acuto, per posteriores excurrit pedes. Monstrat margo maxillae superioris similem fere

Erstes Capitel.

Die Eigenschafften/ Paarung und Erzeugung des Laubfrosches.

In diesem zweyten Abschnitt, der natürlichen Historie der Frösche hiesiges Landes, hab ich mir von dem Laubfrosch zu handeln vorgenommen; indem ich in Untersuchung desselbigen und in Entdeckung seiner Eigenschafften, so mühsam solche auch ist, zur Zeit mehr Glück, als mit den übrigen Froscharten gehabt; auch hoffe ich, es werde diese Beschreibung dem geneigten Leser um so viel angenehmer seyn; je weniger Zuverläßiges er von diesem Frosch bey andern Scribenten aufgezeichnet findet.

Daß der Laubfrosch unter den Fröschen hiesiges Landes eine besondere Art ausmache, giebt sogleich sein äusserliches Ansehen zu erkennen. An Grösse wird er von unsern übrigen Fröschen allen übertroffen, indem selbiger, sollte er auch gleich noch so lange leben, doch niemalen die Grösse eines dreyjährigen Grasfrosches erlanget, so, daß wir ihn mit Recht, die kleinste Art nennen können. Seine Farbe unterscheidet ihn auch von den übrigen Sorten: indem er auf seiner obern Fläche recht anmuthig grün, anf der untern aber, die Kehle bey den Männlein, nebst den Füssen an beeden Geschlechten ausgenommen, weißlicht aussiehet; wobey noch als ein besonderes Kennzeichen anzumerken, daß diese beeden Flächen, durch einen hellgelben Strich voneinander unterschieden werden, welcher sich vornen bey den Nasenlöchern anfängt, hernach an den Seiten des Kopfes und Lei-

http://rcin.org.pl

re lineam flaueſcentem, ſed pallidiorem anterrioresque ambientem pedes. Eſt et in pedum digitis ranae arboreae nota ipſi ſoli propria: quilibet namque digitus, tam anteriorum quam poſteriorum pedum, quorum in quolibet illorum quaterni, in quolibet vero horum quini numerantur, in parte extrema ſingulari, rotundo carneoque inſtructus eſt globulo; inter ipſos vero digitos pedum ſaltatorum, parua vel nulla prorſus illius membranae cernitur pars, quae aliis in ranis adeſſe natatumque iuuare ſolet.

Dum dixi deeſſe digitis aliarum ranarum carneos illos rotundosque globulos, de noſtris tantum id dictum volo ranis: plures namque vna dari ſpecies ranarum exoticarum, eosdem gerentes, ex pretioſo illo SEBAE opere ſatis ſuperque mihi innotuit (*); notatu inſuper dignum mihi videtur, alere etiam Virginiam atque Carolinam ranas arboreas, noſtris ſimiles, quas CATESBY (**) deſcriptas dedit depictasque.

Vtrum plures vna, noſtra in regione, quin vniuerſa in Europa, dentur ranae arboreae ſpecies, eſt fere quod dubitem. Deſcripſerunt quidem GESNERVS, ALDROVANDVS, IONSTONVS, atque LIBAVIVS binas eiusdem ſpecies, quarum et veteres meminerunt; differentia tamen, quae ipſis referentibus, inter illas intercedit, nullius mihi eſſe videtur momenti. Alteram earum ranam appellant arboream, quod in arboribus; alteram calamiten, quod in arundinetis et herbis maxime vivit; illam, addunt, clamoſam, hanc mutam eſſe; vtramque porro venenatam perhibent, calamiten tamen magis quam arboream; quodſi enim forte hauriatur, ventres boum diſtendit, vt etiam inde nonnunquam rumpantur. Haec ſi vera ſint, ranas eiusmodi noſtris in terris habitare, vix veriſimile eſt, hunc namque effectum noſtris quidem temporibus incognitum prorſus eſſe, omnes conſentient. Licet vero, ranam arboream venenatam eſſe, vix penitus negauerim; hinc tamen, vt ea de re dubitem, fere adducor, quod ranas eiusmodi comprehenſas per horas integras manu geſtaui, nullo et ne minimo quidem exin percepto incommodo. Quemadmodum vero, quod reliquum eſt, AGRICOLA affirmat, *ſcandere ranam calamiten arbores quoque, neque mutam eam eſſe* addit; ſic ranam etiam noſtram arboream, licet arbores vtplurimum habitet, interdum in arundinetis herbisque mora-

bes hinlaufft; nicht weit aber vom Schenckelbein in die Höhe gehet; daſelbſt gegen oben einen ſpizigen Winckel machet, und hernach ſich durch die hintern Füſſe erſtrecket. Am Rand des obern Kiefers zeiget ſich ein gleicher hellgelber, aber etwas blaſſerer Strich, und dieſer gehet in die vordern Füſſe. An den Zehen des Laubfroſches findet ſich auch etwas, ſo ihme allein eigen iſt; indem ſowohl die viere die er an jedem Vorderfus hat, als auch die fünffe welche an jedem Hinterfus gezehlet werden, zu äuſerſt mit einem beſondern runden und fleiſchernen Knöpflein verſehen ſind; zwiſchen den Zehen der Springfüſſe aber, wird von derjenigen Haut, welche an andern Fröſchen zugegen, und die ihnen das Schwimmen erleichtert, wenig oder nichts wahrgenommen.

Wenn ich geſagt, daß ſich an den Zehen anderer Fröſche dergleichen fleiſcherne, runde Knöpflein, wie bey dem Laubfroſch, nicht befinden; ſo rede ich nur von unſern Fröſchen: denn daß es mehr als eine Sorte unter den ausländiſchen gebe, woran ſich ſolche zeigen, iſt mir aus dem koſtbaren Werck des Herrn Seba mehr als zu wohl bekannt (*); als was Beſonderes aber muß ich noch anmercken, daß es auch in Virginien und Carolina Laubfröſche gebe, die mit den unſerigen übereinkommen, und von Catesby (**) beſchrieben und abgebildet worden.

Daß in unſerm Land, ja in ganz Europa, mehr als eine Art des Laubfroſches zu finden ſey, ſollte ich faſt zweifeln. Gesner, Aldrovandi, Jonſton und Libavius haben zwar zweyerley beſchrieben, welche wir auch bey den ältern Scribenten finden; alleine der Unterſchied den ſie von beyden angeben, ſcheinet mir von keiner Wichtigkeit zu ſeyn. Die eine Art nennen ſie den Baum- oder Laubfroſch, weil er ſich auf den Bäumen aufzuhalten pflegt; die andere aber den Rohrfroſch, und dieſer ſoll nur im Gehöricht und im Gras wohnen. Jener kan ſchreyen, wie ſie uns ferner berichten; dieſer hingegen iſt ganz ſtumm; beede aber ſollen vergifftet ſeyn, jedoch der Rohrfroſch mehr als der Laubfroſch; indem von jenem den Ochſen, wen ſie ihn etwann verſchlingen, der Leib auflaufft, ja gar zerberſtet. Iſt dieſe letzte Wirckung wahr, ſo muß es bey uns dergleichen Fröſche nicht geben: denn heut zu Tag iſt ſelbige bey uns etwas unbekanntes. Ob ich aber gleich denjenigen nicht ſchlechterdings widerſprechen will, welche den Laubfroſch für vergifftet halten: ſo ſollte ich doch daher faſt daran zweifeln, weil ich dergleichen Fröſche Stunden lang in der Hand getragen, ohne das geringſte widrige davon verſpüret zu haben. Gleichwie aber übrigens Agricola (†) ſaget, daß der Rohrfroſch, auch auf die Bäume

(*) Locupletiſſ. rer. natural. Theſauri Tom. I.
(**) The natural Hiſtory of Carolina, Florida and the Bahama Islands etc. Vol. II. p. 71.
(†) GEORG. AGRICOLAE de re metallica Lib. XII. Baſil. 1556, p. 531. vel potius 495.

http://rcin.org.pl

morari perſuaſum habeo: atque adeo vnicam tantum, noſtris in terris, ranae arboreae dari ſpeciem firmiter credo.

Scribit GEESNERVS, *habuiſſe ſe inter diuerſas ranarum picturas, ab Argentinenſi pictore miſſam, ſubuiridem quandam paruam, non ita pulchro colore vt calamites eſt, ſed ſubobſcuro; eamque ſi non ad calamitas, forte ad temporarias referri debere.* Fuiſſe ranam hanc ex arboreis credibile eſt, licet colore nonnihil diſcrepuerit; ranas namque arboreas non ſemper vnum eundemque ſeruare colorem, curioſior earundem me docuit conſideratio, id quod tamen alii minus obſeruaſſe videntur; plures namque vna ſpecies exiſtere ranarum arborearum credidiſſent; et niſi rem hanc curatius examinaſſem, in eandem quoque iuiſſem ſententiam.

Seruaueram aliquando, in vitro quodam, plures ranas arboreas, quas quum forte contemplatus eram, nonnullas earundem colore a reliquis differe obſeruaui. Viſum autem hoc mihi fuit eo magis notatu dignum, quo minus ſimile quid antea conſpexeram; ſuſpicabar quidem vernationem forte diuerſitatis huius eſſe cauſſam; vt autem certior redderer, attenta requirebatur contemplatio in poſterum inſtituenda. Factum vero eſt non ita multo poſt, vt aliae harum ranarum me, quod indagaturus eram, docerent: vidi namque reddi ipſas, elapſo coitus partusque tempore, primo quidem ſubfuſcas; dein ſubcinereas ſaepius fuſcisque maculis varias; poſtea ex cinereo albeſcentes; tandem vero antequam priſtinum illum nitideque viridem induant colorem, ex caeruleo virides. Subeunt vero mutationem hanc mares non tantum, ſed et foemellae; atque hanc ipſam coloribus expreſſam, *Tabula* exhibui *IX.* Siſtitur itaque *Fig. 1.* rana naturali colore; monſtrat *ſ* ſubfuſcam; *6* ex cinereo albeſcentem; *3* denique ex caeruleo viridem. Vbi vero haec colorum contingit mutatio, vernat rana, atque hoc ſingulis quatuordecim fere fit diebus; is vero, qui incipiente hac colorum mutatione, ranas haſce attentius conſiderat, videbit, diebus nonnullis elapſis, exuere ipſas tenuem viſcoſamque cuticulam, in aqua tantum, extra ipſam vero minus, conſpicuam. Rem hac ſe habere ratione, didici ex contemplatione ranarum quas domi ſeruaui; ſubire vero eandem etiam mutationem, ſorte tamen minus crebram, ranas liberam agentes vitam, nullus dubito.

Quum rana noſtra in arboribus, et ex nonnullorum ſententia, in arundinetis etiam vivat, appellarunt eandem ranam arboream calamitenque, eandem vero ob cauſſam dicitur etiam Germanis *der Laubfroſch;* habitare namque ipſam omnem per aeſtatem in arboribus frutetisque frondentibus, certo certius eſt; verno vero tempore aquas incolit: iure igitur meritoque a clariſſimo LINNAEO Amphibiis annumeratur, argumentumque illud celeberrimi KLEINII; *ranam nempe arboream nunquam ingredi in aquam,* nullum eſt. (**). Vbi vero frigida ingruit tempeſtas, varia illa, quibus rana arborea nutritur, necans abigensque inſecta, limo conditur; veriſſime itaque ſcripſit AGRICOLA (*),

me gehe und nicht ſtumm ſey: ſo glaube auch ich, daß unſer Laubfroſch, ob er gleich insgemein auf Bäumen wohnet, ſich auch manchmalen im Geröhricht und im Gras aufhalte, und daß es alſo bey uns nicht mehr als nur eine Art des Laubfroſches gebe.

Gesner meldet, daß er unter andern gemahlten Fröſchen, auch einen Rohrfroſch, von einem Strasburger Mahler geſchickt bekommen, der zwar grünlicht, aber nicht ſchön, ſondern etwas dunkel geweſen; und welcher, wenn er nicht zu den Rohrfröſchen gehöre, vielleicht zu den Wetter- oder Regenfröſchen zu rechnen ſey (*). Dieſer Froſch kan gar wohl ein Laubfroſch geweſen ſeyn, ob er gleich demſelben, der Farbe nach, nicht vollkommen gleich kam; indem ich wahrgenommen habe, daß die Laubfröſche nicht immer einerley Farbe behalten; von andern aber iſt ſolches ſonder Zweifel nicht beobachtet worden: ſonſt würden ſie geglaubet haben, daß es mehr als zwey Arten von Laubfröſchen gebe; und hätte ich die Sache nicht genauer unterſucht, ſo wäre ich bald ſelbſt auf dieſe Meinung gekommen.

Ich hatte nämlich einmal etliche Laubfröſche in einem Glas beyſammen, und da wurde ich zu meiner Verwunderung einiger unter denſelben gewahr, welche ſich von den andern durch ihre Farbe unterſchieden. Dieſes kam mir um ſo viel merkwürdiger vor, je weniger ich ſonſt dergleichen geſehen hatte; eben deswegen aber fiel mir auch bey, daß hieran wohl die Häutung dieſer Fröſche Urſache ſeyn mögte, und alſo nahm ich mir auch vor, hierauf in das künftige genau acht zu geben. Ich durffte aber nicht lange warten um hierinnen zu einiger Gewißheit zugelangen: denn ich wurde bald hernach an andern dieſer Fröſche gewahr, daß ſie nach ihrer Laichzeit, erſtlich bräunlicht, hernach öffters graulicht und braun gefleckt, alsdenn aber graulichtweis, und endlich ehe ſie noch ihre ſchöne grüne Farbe wieder erhalten, etwas blaulichtgrün werden. Dieſe Veränderung ereignet ſich aber nicht alleine an den Männlein, ſondern auch an den Weiblein, und in der *IX* Tabelle habe ich ſolche nach den Farben ausgedrucket. Die 1 Figur ſtellet den Froſch in ſeiner natürlichen Farbe vor; in der 5 ſehen wir einen braunlichten; einen graulichtweiſſen in der 6, und einen blaulichtgrünen in der 3. Wenn aber dieſe Veränderung der Farben vorgehet, da legt der Froſch ſeine Haut ab, welches faſt alle vierzehen Tage geſchiehet; derjenige aber welcher dieſe Fröſche, wenn ſich ihre Farbe zu ändern anfängt, genau beobachtet; wird nach etlichen Tagen gewahr werden, daß ſie ein zartes und ſchleimiges Häutlein ablegen, welches ſich nur im Waſſer, auſſerhalb deſſelben aber nicht, deutlich zeiget. Daß es ſich hiemit ſo verhalte, hab ich an denen von mir zu Haus aufbehaltenen Fröſchen wahrgenommen; daß aber auch ein gleiches, obſchon etwann nicht ſo offt, geſchehe, wenn ſie ſich in ihrer Freyheit finden, zweifle ich keineswegs.

Weil ſich unſer Laubfroſch auf den Bäumen, und wie einige meinen, auch im Geröhricht aufhält, ſo iſt er Rana arborea und Calamites, der Baumfroſch, der Rohrfroſch genennet worden; und eben daher führt er auch bey uns Deutſchen den Namen des Laubfroſches, wie er denn auch wircklich, den ganzen Sommer hindurch, auf den belaubten Bäumen und Büſchen wohnet; im Frühling aber iſt ſein Aufenthalt im Waſſer, daher ihn denn auch Herr Linnäus mit Recht unter diejenigen Thiere rechnet, die auf dem Land ſowohl, als im Waſſer leben können, und der Einwurf des Herrn Kleins, der Laubfroſch gehe niemalen in das Waſſer, iſt nicht gültig (**). Wenn aber die annahende kalte Witterung

(*) De Aquatil. L. IV. Hiſt. natural. animal. p. 951.
(**) Io. Theod. Klein Summa dubiorum circa claſſes Quadrupedum et Amphibiorum in celebris Dom. C. Lynnaei Syſtemate naturae p. 27.

http://rcin.org.pl

LA (*), *latere hybernis menſibus in terra ranas omnes;* quae vero addit, *eminere ranam arboream verno tempore ſaepenumero ex terra mediam, mediam adhuc in ea latere,* nunquam vidi.

Vix vero arbores habitatura eſſet rana noſtra, niſi glutinoſiore viſcidioreque, quam reliquae ranarum ſpecies, inſtar limacum, tegeretur cute, cuius ope omnibus corporibus facile adhaereſcit. Vtitur eundem in finem ſuis quoque digitis; quodſi enim ſaltu, quo reliquas ſpecies, habito ad magnitudinem ipſius reſpectu, multum antecellit, poſteriore anterioreue pede, folium vel et tenuiſſimum ſurculum attigerit, illico eidem adhaereſcet illumque ſcandendo eſt perreptura. Cutis porro glutini adſcribendum quoque eſt, quod in politiſſimum ſpeculum inſiliens, illi ipſi, ſiue erectum ſit, ſiue antrorſum propendeat, firmiter adhaereſcat; hinc inſuper ex vitro, in quo ſeruatur, minus tecto, facile non ſolum prorepit, ſed vbique etiam pro lubitu in eodem moratur; quin haeret integros interdum ad vitri latera dies, id quod *4 Figura IX Tabulae*, expreſſum cernimus.

Durante tempore illo quo rana noſtra in arboribus frutetisque moratur, crebrius etiam ex iisdem vociferatur; quum vero, hoc vbi fit, non raro tempeſtas oriatur pluuia, vociſerationem hanc pluuias certo portendere, vulgo credunt. Quodſi igitur quis viuum exoptet hygroſcopium, ranam is vitro includat arboream maſculum (foemellae namque minus ſunt clamoſae), atque ſic, omnem per aeſtatem, inſtantis pluuiae habebit nuncium. Diutius inſuper in vitro ſeruatur rana eiusmodi, ſi in eodem ceſpes ponatur viridis, ipſi vero ranae muſcae aliaque, quibus vescitur, praebeantur inſecta; nullus etiam dubito, quin multis eiusdem vociferatio aeque grata, ac coturnicis cantus, ſit futura. *Aluit chirurgus quidam* Vratislauiae *eiusmodi ranam plures per annos, tandem vero octaua hyeme, cum muſcae penitus deficerent, ipſa contabeſcens interiit* (**).

Ait PARACELSVS, referente ſic LIBAVIO (†), *in firmamento eſſe ranas, a quibus ſui generis naſcantur aliae, et deiiciantur impetu tempeſtatis: et ſperma menſe Maio decidere, ex quo fiant ranae arboreae;* quemadmodum vero hanc eius opinionem, noſtris temporibus, omnes ſummo excepturi ſunt riſu; ſic illi quoque deriſu digni mihi videntur, qui de eo diſputant, vtrum ranae arboreae ſpontaneo oriantur prouentu: coire enim easdem, genusque ſuum, ranarum inſtar terreſtrium, propagare, explorate noui. Hac tamen de re vt certior redderer, multam nauai operam, donec tandem caſu, quod diu incaſſum quaeſiueram, didici. Ignoraui olim, aeque ac alii, ſubire ranam arboream aquas quoque, atque hinc in ſiluis frutetisque me eandem coeuntem deprehenſurum perſuaſum habui; quum vero aliquando ranam viridem fluuiatilem cum foemina copulatam quaererem, ipſis in aquis ranas cepi arboreas easque copulatas, ab eo vero tempore, faciliore quam olim opera, ea quae in actu generationis fieri ſolent, potui indagare, atque haec ipſa iam ſum enarraturus.

Coeunt

ihm ſeine Nahrung nimmt, welche aus allerhand Inſecten beſtehet; ſo verbirgt er ſich in den Schlamm, ſo, daß alſo Agricola ganz recht hat, wenn er ſchreibet (*), alle Frösche ſeyen in den Wintermonaten in der Erde verborgen; alleine daß man, wie er ferner ſaget, den Laubfroſch, im Frühling, öffters halb aus der Erde hervorragen, und halb darinn ſtecken ſehe, habe ich noch niemalen wahrgenommen.

Es würde aber der Laubfroſch ſchwerlich auf den Bäumen wohnen können, wann er nicht, für allen andern Froscharten, gleich den Erdſchnecken, eine ſchleimichte und klebichte Haut hätte, vermög welcher er ſich leichtlich an alle Körper anhangen kan; über dem weiß er ſich auch ſeiner Zehen ſowohl zu bedienen, daß, wenn er im Springen, worinnen ſelbiger es allen andern Sorten, nach Proportion ſeiner Gröſſe, zuvorthut, mit ſeinen hintern oder vodern Fuß ein Blat, oder auch das zarteſte Aeſtlein erreichet, er an ſolchem fogleich behangen bleibt, und daran ganz leicht herum kriechen und hin und her klettern kan. Seiner ſchleimichten Haut, iſt es auch zuzuſchreiben, daß wenn er an das glätteſte Spiegelglas ſpringet, ſelbiges mag auch gleich aufrecht ſtehen, oder ſich vorwarts neigen, er doch an ſolchen behangen bleibet; und eben deswegen iſt es ihm auch ein leichtes, aus einem Glas, worinn man ihn verwahret hält, wenn es nicht bedecket wird, heraus zu kriechen, oder an ſelbigen, überall wo er will, hangen zu bleiben; wie er denn auch wirklich an den Seiten des Glaſes, wie die 4 Figur der *IX* Tabelle zeiget, öffters ganze Täge ſizet.

Währender Zeit da unſer Laubfroſch auf den Bäumen und im Gebüſche wohnet, läſt er ſich auch öffters mit ſeinem Geſchrey hören; weil aber hierauf insgemein ein Regen zu folgen pflegt: ſo wird ſolches auch für ein gewiſſes Zeichen eines bevorſtehenden Regenwetters gehalten. Wer alſo ein lebendiges Hygroſcopium haben will, der kann nur ein Männlein unſeres Laubfroſches aufbehalten (denn die Weiblein ſchreyen nicht): ſo wird ihm ſolches, den Sommer über, allezeit von dem bevorſtehenden Regen Nachricht geben. Verſteht man aber einen ſolchen Froſch mit einem grünen Waſen, der in das Glas gelegt werden muß, und verſorget man ihn dabey mit Mucken und andern Inſecten als ſeiner Nahrung, ſo kan er lange erhalten werden; ja vielen wird ſein Geſchrey eben ſo angenehm ſeyn, als der Schlag einer Wachtel. In Breslau hat ein Wundarzt einen ſolchen Froſch etliche Jahre erhalten, da ihm aber im achten Winter die Mücken mangelten, ſo verdorrte und ſtarb er endlich (**).

Paracelſus ſagt, nach Libavii Bericht (†), es ſeyen am Firmament des Himmels Frösche, von welchen andere erzeuget würden, die, wenn es ſtürmet, herabfielen: auch falle der Laich im Maymonath herab, und daraus entſtünden die Laubfrösche ꝛc. So lächerlich dieſe Meinung jedermann heut zu Tag vorkommen wird; ſo lächerlich ſcheinen mir auch diejenigen zu ſeyn, welche darüber ſtreiten, ob die Laubfrösche von ſich ſelbſt entſtehen; weil ich gewiß verſichert bin, daß ſie ſich paaren und ihr Geſchlecht wie die Grasfrösche fortpflanzen. Ich habe mich aber, hievon überzeuget zu werden, viel bemühet, biß mich endlich ein ungefährer Zufall dasjenige lehrte, was ich lange umſonſt geſuchet. Es war mir nämlich ehedem eben ſo wenig, als andern, bekannt, daß der Laubfroſch auch in das Waſſer gienge, und daher ſuchte ich ihn immer in den Wäldern und Büſchen gepaaret anzutreffen; als ich aber einsmals trachtete den grünen Waſſerfroſch gepaaret zu finden, traf ich an deſſelben ſtatt die Laubfrösche, zu meiner Verwunderung in dem Waſſer gepaaret an, hierauf aber war

(*) Loc. cit. (**) Ephemer. N. C. Dec. II. An. VI, p. 321.
(†) Libau. Batrachior. Lib. II, p. 348.

http://rcin.org.pl

Coeunt ranae arboreae, reliquarum more, ſemel tantum in anno, neque vnquam prius, quam rana fuſca terreſtris oua peperit ſua. Morantur tunc in aquis quietioribus piſcinisque ab arboribus parum remotis, maſculis multum clamitantibus. Eſt vero parua haec rana magis vocalis maxima etiam rana fluuiatili; coaxat veſpertino praeſertim tempore, et interdum integras etiam noctes, atque vbi in piſcina quadam copioſior earum eſt numerus, clamor ipſarum, ſpirante praeſertim vento, in locis etiam duas horas diſtantibus, percipitur: coaxante namque vna, reliquae omnes ſimul coaxant, et licet ruſtica gens, quaenam ranarum ſpecies hos edat clamores, ignoret, ex iisdem tamen, ante vel poſt diem St. Georgio ſacrum, perceptis, de ſterilitate fertilitateue futuri anni vaticinantur. Eſt autem rana arborea prima ranarum quae verno tempore vociferant: licet namque rana terreſtris prius ipſa coeat, atque adeo more ranarum tempore illo ſimiliter vocalis ſit, ſurdum tamen potius edit grunnitum quam clamorem, quemque ad diſtantiam quindecim paſſuum vix percipimus.

Vtrum maſculi ranarum arborearum clamores ſuos, eo ipſo tempore, adeo ingeminent, vt iisdem foemellas alliciant; an vero temporis verni amoenitate ita exhilarentur, vt indeſinenter fere vociferent, jam quidem non examinaturi ſumus; notatu vero dignum eſt, quod, dum vociferant, gulam ita inflent, vt ſaccum referat membranaceum aere repletum, vnde ſingularem in modum externa ranae mutatur ſpecies, id quod 3 monſtrat *figura*. Quemadmodum vero membranaceus hicce follis, quem ſemper ipſo ſub clamore expanſum ſeruant, maſculorum conſtituit characterem: ſic ipſa etiam gula, licet eandem contraxerint, a foemellis diſtinguuntur; fuſci namque in ipſis eſt coloris, id quod 4 *Figura* indicat, quum contra ipſa illa regio in foemellis (*a Fig. 2*), vt integra, earum aeque ac maſculorum, inferior ſuperficies, alba ſit; in pollicibus vero anteriorum pedum huius ranarum ſpeciei, diſcrepantia illa, quam in rana terreſtri notauimus, minus occurrit: nunquam enim maſculorum pollices nigra illa obſiti ſunt carne, quam coitus tempore terreſtrium ranarum maſculi monſtrant.

Quod vero ad ipſum ranarum harum attinet generationis negotium, anno 1750. ſub finem iam Aprilis eidem operam illae nauarunt. Prodierant nonnullae quidem ex limoſis ſuis hibernaculis vigeſimo jam huius menſis die, erant vero illae mares tantum, quos, poſt dies aliquot, foemellae demum ſequebantur; tum vero easdem mox etiam vidi copulatas. Vt itaque quae durante coitu fierent, diſtinctius cernerem, aliquot illarum cepi paria, eademque domum transtuli, vbi quodlibet eorum in vitrum immiſi cylindraceum ſat amplum, et ad dimidiam vsque partem aqua repletum. Singula vitra reti circumligavi anguſtiore, ne ranae, finito coitu ſeparatae, elaberentur, quum, vt ſupra dictum fuit, nullus vitri laeuor impediat, quo minus facili opera ex eodem prorepant. Ne vero pro inſtituendo vlteriori examine ranae deeſſent, ſufficientem etiam non copulatarum quantitatem domum meam curaui deportandam.

Ipſo

war es mir nicht mehr ſo ſchwer, als ehedem, dasjenige zu unterſuchen, was bey ihrer Erzeugung vorzugehen pfleget: und ſolches will ich jezt beſchreiben.

Es paaren ſich die Laubfröſche, gleich andern Fröſchen, das Jahr nur einmal, aber niemal ehender, als bis die Laichzeit des braunen Grasfroſches vollkommen vorbey iſt. Sie halten ſich zu der Zeit ebenfalls nur in ſtillſtehenden Waſſern oder Teichen auf, wo in der Nähe Bäume ſtehen, und da laſſen ſich auch die Männlein mit ihrem Geſchrey tapfer hören. Das Quacken dieſes kleinen Froſches iſt viel ſtärcker, als des gröſten Waſſerfroſches ſeines, ſonderlich aber wird ſolches des Abends, und manchmalen ganze Nächte lang vernommen; finden ſich auch viele dieſer Fröſche in einem Teich beyſammen, ſo höret man ſie wohl zwey Stunden weit, zumalen an ſolchen Orten, wo der Wind hinwehet: denn ſo bald nur einer anfängt, ſo ſtimmen die übrigen alle mit ihm ein, und ob das Landvolck gleich nicht weis, von was für einer Art Fröſche dieſes Geſchrey herkomme, ſo glaubet es doch, nachdem die Fröſche ſich vor oder nach Georgii Tag hören laſſe, nachdem folge auch ein ſchlechtes oder gutes Jahr. Es iſt aber der Laubfroſch der erſte unter den Fröſchen, den man im Frühling quacken höret: denn ob ſich gleich der Grasfroſch ehender als er paaret, und alſo nach der Fröſche Art ebenfals, zu dieſer Zeit, einen Laut von ſich giebt, ſo iſt ſein Geſchrey doch mehr ein ſtilles Grunzen, als ein Quacken, und wird nicht über funfzehen Schritte gehöret, wie in deſſelben Hiſtorie bereits gemeldet worden.

Ob ſich nun die Männlein der Laubfröſche, zu dieſer Zeit, deswegen ſo ſtarck hören laſſen, daß dadurch die Weiblein herbey gelocket werden; oder ob ſie die angenehme Frühlingswitterung ſo ermuntere, daß ſie faſt unaufhörlich quacken, wollen wir jezt nicht unterſuchen; dieſes aber haben wir bey ihrem Geſchrey als was beſonders zu bemerken, daß ſie zu gleicher Zeit ihre Kehle ſtarck aufblaſen, ſo, daß ſelbige einen mit Lufft angefüllten häutigen Sack vorſtellet, der dem Froſch ein ganz beſonderes Anſehen giebt, wie die 3 Figur zeiget. Gleichwie nun aber dieſer häutige Blasbalg den ſie allezeit, ſo lange als ſie ſchreyen, ausdehnen: ein Kennzeichen der Männlein iſt, ſo unterſcheiden ſich ſelbige durch eben dieſe Kehle auch von den Weiblein, wenn ſie ſolche einziehen, indem ſie bey ihnen eine ſchwarzbraune Farbe hat, wie an der 4 Figur zu ſehen, da hingegen bey den Weiblein dieſe Gegend (*a Fig. 2.*) eben ſo weis iſt, als die ganze Unterfläche ſo wohl an ihnen als an den Männlein zu ſeyn pfleget; an den Daumen der Vorderfüſſe hingegen zeiget ſich bey dieſer Froſchart, kein ſolcher Unterſchied, dergleichen wir am Grasfroſch bemerket haben, indem die Männlein niemalen an ſelbigen ein ſolches ſchwarzes Fleiſch wie dieſe zur Paarungszeit führen.

Was nun aber die Paarung dieſer Fröſche anbetrifft, ſo gieng ſolche, im Jahr 1750, bereits zu Ende des Aprils vor ſich. Einige verlieſen zwar ſchon den zwanzigſten dieſes Monats ihr ſchlammiges Winterquartier; doch waren ſelbiges nur lauter Männlein, und die Weiblein lieſſen ſich erſt nach einigen Tagen ſehen; hierauf aber traf ich ſie bald mit einander gepaaret an. Damit ich nun alles was während dieſer Paarung vorgieng, genauer betrachten könnte, ſo fieng ich verſchiedene Paare derſelben und nahm ſolche mit mir nach Haus, raumte auch einem jeden ein beſonderes geraumiges Zuckerglas ein, das ich bis zur Hälffte mit Waſſer anfüllte und mit einem engen Garn verſchlos, damit mir, nach vollendeter Paarung, die einzelnen Fröſche nicht entgehen mögten, weil, wie wir oben gehöret haben, kein Glas ſo glatt iſt, daß ſie nicht daran, mit leichter Mühe, in die Höhe klettern könnten. Zu gleicher Zeit aber lies ich mir auch, eine genugſame Menge, ein-

http://rcin.org.pl

Ipſo in coitu maſculus ſemper foemellae inſidet dorſo, id quod ſimiliter fieri ſolet vbi terreſtres ranae coeunt; ſed non amplectitur rana arborea mas foemellam eadem etiam ratione, quemadmodum ex *binis prioribus figuris IX. Tabulae* apparebit, quarum *prima* par harum ranarum a ſuperiore ſuperficie, *ſecunda* vero ab inferiore ſiſtit. Indicant in vtraque earum litterae *aaaaa* foemellam; *bbb* vero maſculum; ex *ſecunda* etiam figura patet, liberum prorſus foemellae pectus a maſculi eſſe amplexu, hunc vero pedes ſuos anteriores *cc* ita in foemellae alas adigere, vt omnino lateant, ipſiusque brachia detruncata videantur; retinet tamen his ipſis foemellam tam firmiter, vt ipſi vix ac ne vix quidem eripi illa poſſit. Quodſi igitur ſemen maſculi foecundans per pollices excerneretur, ad alas vsque foemellae, vt ouiductus exporrigerentur, neceſſe eſſet; rem autem ſic ſe non habere ſequentia docebunt.

Durat interdum harum ranarum coitus, donec ipſa fiat foecundatio, per tres dies totidemque noctes, nonnunquam tamen omne hoc negotium viginti quatuor tantum abſolvitur horis, ſi praeſertim tardius coiuerint; ſed determinat potiſſimum rem hanc citior tardiorue ouulorum foemellae in vterum ingreſſus: hunc namque ante ipſam ſemper fieri foecundationem, ex illis didici foemellis, quas non ita multo ante aperui. Mergit foemella maſculo juncta ſeſe iteratis vicibus in aquam, atque tunc, antequam emergant, diutius ſub eadem morantur: notaui eodem etiam tempore in omnium foemellarum abdomine expanſo, crebriorem, fortiorem prorſusque ſingularem motum, ita vt viuum in eodem latitare videretur animal, nunc ſuperiora, nunc inferiora, nunc etiam latera diſrupturum; moleſtam tamen hanc ipſi foemellae abdominis fuiſſe diſtentionem, praecedens eandem inquieta arguere videbatur illius agitatio, quae tamen magis magisque increſcebat, quo propius ipſum oua pariendi tempus inſtabat. Tantum vero abfuit vt, haec dum fiebant, maſculus quieſceret, vt potius extremam corporis ſui partem eidem parti foemellae, repetitis vicibus admoueret; quem tamen motum, ſub ipſa ouorum per inteſtinum rectum eiaculatione, haud ſegniter iterabat.

Dimiſere maſculi nonnulli foemellas ſuas, dimidia vix dum ouorum parte excluſa; alios contra tamdiu dorſo ipſarum, donec omnia ouula eiecerint, inſediſſe vidi. Licet vero eo tempore, quo foemella ouula eiuculabatur, duodecim quin plura harum ranarum paria, crebrius contuitus fuerim, omnique cura foemellam aeque ac maſculum conſideraverim, nunquam tamen in hoc membrum genitale me vidiſſe memini; vtrum vero ad impraegnanda oua liquorem aliquem emiſerit, quemadmodum de terreſtri notaui rana, aeque minus obſeruare potui. Pepererunt nonnullae foemellae omnia ſua oua binarum horarum ſpatio, nonnullae vero, illaeque praeſertim quas maſculi derereliquerant, quadraginta octo horis idem perfecere: operae hinc precium me facturum putaui, ſi ouula, tam illa quae breuiori tempore partu edita fuerunt, quam ea in quibus excutiendis foemellae diutius laborarunt, ſeorſim ſeruarem, nec non ſtudioſius obſeruarem examinaremque; hanc etiam cautionem

einzelner Laubfröſche nach Hauſe bringen, um an ſelbigen, bey anzuſtellender Unterſuchung keinen Mangel zu haben.

Bey der Paarung ſizet das Männlein dem Weiblein ebenfals allezeit auf dem Rucken, wie bey der Paarung des Grasfroſches zu geſchehen pfleget; alleine das Männlein des Laubfroſches umarmet ſein Weiblein nicht auf gleiche Weiſe, wie uns die beeden erſten Figuren der *IX* Tabelle zeigen werden, als woſelbſt die 1. Figur ein paar ſolcher Fröſche von oben, die 2. aber von unten darſtellet. In beeden iſt das Weiblein mit *aaaaa*; das Männlein aber mit *bbb* bezeichnet: und in der 2 ſehen wir, daß das Männlein die Bruſt des Weibleins bey der Umarmung ganz frey laſſe; hingegen aber ſeine vordern Pfoten *cc*, ſo veſt unter den Achſeln eindrucke, daß man von ſelbigen nichts zu ſehen bekommet, und ſeine beeden Arme nur ein Paar Stumpfen vorſtellen, mit welchen es aber doch, bis die Befruchtung vor ſich gegangen, das Weiblein ſo veſte hält, daß man ihm ſolches nicht leicht entreiſſen kan. Käme aber nun der zur Befruchtung nöthige Saame des Männleins aus ſeinen Daumen, ſo müſten ſich die Eyergänge bey den Weiblein bis unter die Achſeln erſtrecken; daß aber deme nicht ſo ſeye, wird im Folgenden gezeiget werden.

Dieſe Paarung dauert manchmalen wohl drey Tage und eben ſo viel Nächte, bis die Befruchtung vor ſich gehet; manchmalen aber währet ſie nur vier und zwanzig Stunden, und zwar ſonderlich bey denjenigen ſo ſich etwas ſpat gepaaret haben; doch kommt es hierinnen vornehmlich darauf an, ob die Eyer des Weibleins ehender oder ſpäter aus dem Eyerſtock in die Mutter getreten: denn daß ſolches allezeit vor der Befruchtung geſchehe, haben mich diejenigen Weiblein gelehret, welche von mir kurz vor ſelbiger geöffnet worden. Währender Paarung gehet das Weiblein zuſammt ſeinem Gatten öffters unter das Waſſer, da ſie denn ehe ſie ſich wieder an die Oberfläche begeben, ziemlich lang unter ſelbigem bleiben: auch habe ich zu gleicher Zeit an allen Weiblein wahrgenommen, daß ſich in ihrem dicken Unterleib, mehrmalen, eine ſtarcke und ganz beſondere innerliche Bewegung ereignete, und es faſt ſchiene, als ob in ſelbigem eine lebendige Creatur verborgen wäre, welche bald oben, bald unten, bald aber auch an den Seiten durchzubrechen ſuchte: anbey hatte es auch das Anſehen, als ob dieſe ungewöhnliche Ausdehnung des Leibes, wider des Weibleins Willen geſchehe, indem ſolches, etwas vorher, ganz unruhig wurde; je näher aber die Zeit zum Laichen heran ruckte, je öffter und ſtärker war auch dieſe Bewegung wahrzunehmen. Das Männlein blieb hiebey nicht ruhig; ſondern näherte ſich vielmehr, zu wiederholten malen, mit dem Hintertheil ſeines Leibes dem nämlichen Theil des Weibleins; viel öffter aber geſchahe ſolches, wenn dieſes ſich ſeiner Eyer durch den Maſtdarm entledigte.

Einige Männlein verlieſen bereits ihre Weiblein, wenn ſie nur die Hälfte ihrer Eyer von ſich gegeben hatten; andere aber blieben auf ſelbigen ſo lange ſizen, bis ſie alle heraus waren. Ob ich aber gleich öffter mehr als zwölf Paar, zu derienigen Zeit, da das Weiblein laichte, genau betrachtete, und auf ſelbiges ſo wohl, als auf die Verrichtung des Männleins die ſorgſamſte Acht hatte: ſo iſt mir doch niemals, bey dieſem Geſchäffte, auf Seiten des Männleins ein Zeugungsglied zu Geſichte gekommen; auch habe ich nicht, wie bey dem Grasfroſch, bemerket, daß ſelbiges einige Feuchtigkeit, die etwann zur Befruchtung der Eyer dienen konnte, von ſich gegeben hätte. Mit dem Laichen ſelbſt brachten einige Weiblein zwey Stunden zu; einige aber, und ſonderlich diejenigen, welche das Männlein verlaſſen hatte, wurden erſt innerhalb acht und vierzig Stunden damit fertig, und dieſes machte mich ſo vorſichtig,

http://rcin.org.pl

nem non fruſtra a me fuiſſe adhibitam, jam jam videbimus.

Quamdiu vero ranae hae generationi incumbunt, tamdiu etiam in aquis habitant; peracta autem illa, citius tardiusue ex iisdem prorepunt, prout nempe amoenius vernum tempus citius tardiusue ingruit; vt plurimum tamen ſub finem menſis Maji humida ſua linquunt habitacula, atque tunc haud raro in terris herbisque inueniuntur. Sequenti vero tempore frutices magis arboresque incolunt, tam diu in iisdem commorantes, donec frigida appetente tempeſtate, vt in ſua limoſa redeant latibula, cogantur.

Sunt oua ranae noſtrae arboreae non tantum, ouis ranae terreſtris, minora, ſed eſt ipſis quoque color magis dilutus. Licet autem initio ſtatim nulla materia glutinoſa cincta eſſe videantur, in conſpectum illa tamen tunc demum prodit, vbi oua per duodecim horas aquae fuerunt immerſa, atque tunc aequat quodlibet eorum, cum glutine illud cingente, vulgaris viciae granum, cuius diameter decimam pollicis partem non ſuperat; ipſum vero ouum vix habet magnitudinem grani ſinapis. Cernimus horum ouorum, vel ſpermatis huius, in *1 Figura*, *X. Tabulae* partem aliquam, qua tamen tricies maiorem quantitatem vna tantum emittit foemella. Quia vero glutinoſus oua haec cingens liquor non ſimili ratione, ac ille qui oua ambit ranae terreſtris, increſcit, ponderoſius etiam ipſum hoc eſt ſperma, atque adeo ab aqua minus eleuatur, ſed vel in fundo iacet, vel ad herbas plantasque ipſa ſub aqua adhaereſcit. Quum praeterea quodlibet horum ouorum ex parte pallide flauum, ex parte vero fuſcum ſit; ſolent hinc etiam pro diuerſa ipſorum poſitione, nonnulla eorum alba, vt in 2 *Figura*, alia fuſca, vt in *3.*, alia vero partim flaua partim fuſca, vt in *4.*, comparere; atque proin maior horum ouorum congeries varii etiam eſt coloris.

Dixi iam ſuperius, duplicis generis a me aſſeruatum fuiſſe ſperma; alterum emiſerant foemellae binarum horarum ſpatio; alterum vero, elapſis demum quadraginta octo horis, ab illis editum fuit foemellis, quas maſculi ante abſolutam ouorum excluſionem dereliquerant. Licet vero illud foecundatum, hoc minus foecundatum eſſe crederem, dubium tamen id ipſum adhuc erat; vtrumque hinc aequali conſideraui attentione, nec coniectura me aberaſſe, tandem etiam vidi: quamuis enim et hoc et illud ſenſim mutaretur, attamen ex altero tantum vivos obtinui gyrinos, ex altero nulli prodierunt.

In ſpermate quod, vt mihi quidem videbatur, foecundatum non fuerat, notaui die vigeſimo octauo Aprilis mutationem aliquam, qua quilibet vitellus in bina globoſa diuidebatur corpuſcula, quemadmodum ex *5 Figura* patet. Die vndetrigeſimo trigeſimoque Aprilis non haerebant amplius vitelli in medio albumine, quumque altera pars ipſorum altera minor erat, pyri nunc fere habebant formam, cuius craſſius extremum marginem exteriorem, tenuius centrum albuminis ſpectabat, id quod *6 Figura* indicat. Eminebat die ſexto Maii extra albumen craſſior vitelli pars ad modum *7 Figurae*, atque tunc videbatur etiam albumen in binas ſphaeras, quarum altera alteram magnitudine ſu-

tig, daß ich die Eyer welche in kurzer Zeit geleget worden, eben ſo wohl als dieienigen, mit welchen die Weiblein lange zugebracht, in beſondern Gefäſen, zur genauen Unterſuchung und Beobachtung aufbehielt, und wir werden bald ſehen, daß dieſe Vorſicht nicht umſonſt geweſen.

So lange nun dieſe Frösche mit Fortpflanzung ihres Geſchlechtes beſchäfftiget ſind; ſo lange bleiben ſie auch im Waſſer, nachgehends aber verlaſſen ſie ſolches, bald ehender bald ſpäter, nachdem nämlich die liebliche Frühlingswitterung ſich ehender oder ſpäter einſtellet; doch kommen ſie insgemein erſt zu Ende des May aus dieſer ihrer naſſen Wohnung hervor, da man ſie denn auch öffters auf der Erde und im Gras antrifft. Nachgehends halten ſie ſich mehr auf Büſchen und Bäumen auf, und bleiben daſelbſt ſo lange, biß ſie die einfallende froſtige Witterung, den Schlamm, als ihr Winterquartier wieder zu ſuchen zwinget.

Die Eyer unſeres Laubfroſches ſind nicht nur allein kleiner, als dieienige ſo der Grasfroſch von ſich giebt, ſondern auch von Farbe viel heller. Und ob ſie gleich anfangs mit keinem Schleim umgeben zu ſeyn ſcheinen: ſo kommt ſolcher doch, wenn ſie zwölf Stunden im Waſſer gelegen zum Vorſchein, und da iſt iedes Ey, zuſammt dem Schleim, etwann ſo gros als ein gemeines Wickenkorn, ſo, daß ſein Durchſchnitt ein Zehendel eines Zolles ausmachet; das Ey ſelbſt aber kommt kaum einem Senfkorn an Gröſſe gleich. Wir ſehen einen Theil dieſer Eyer, oder dieſes Laiches in der *1.* Figur, der *X.* Tabelle, und ein einiges Weiblein giebt wohl dreyſigmal mehr von ſich, als hier vorgeſtellet worden. Weil ſich aber der Schleim, welcher die Eyer dieſes Laiches umgiebt, nicht ſo ſtarck wie an den Eyern des Grasfroſches ausbreitet, ſo bleibet auch der Laich ſelbſten ſchwerer; daher er denn auch von dem Waſſer nicht in die Höhe gehoben wird, ſondern entweder auf dem Grund liegen, oder an Gras und an den Waſſer-Gewächſen, in der Tiefe behangen bleibet. Ein jedes dieſer Eyer iſt halb gelblicht, halb braun, und daher ſehen ſie nach ihrer verſchiedenen Lage theils ganz hell, wie in der *2* Figur, theils dunckel oder braun, wie in der *3.*; theils aber auch halb hellgelblicht und halb dunckel, wie in der *4.*; und dieſes machet, daß wenn ſie alle auf einem Klumpen beyſammen liegen, der Laich ganz ſcheckicht ausſiehet.

Wie ich bereits gemeldet habe, ſo iſt von mir zweyerley Laich aufbehalten worden: den einen hatten die Weiblein innerhalb zweyer Stunden von ſich gegeben; den andern aber erhielte ich erſt nach Verflus von acht- und vierzig Stunden, und zwar von ſolchen Weiblein, die von ihren Männlein, ehe ſie ſich noch ihrer Eyer völlig entlediget hatten, verlaſſen worden. Ob ich nun gleich jenen für befruchtet, und dieſen für unbefruchtet hielt: ſo war ſolches doch noch ungewis; eben deswegen aber betrachtete ich beede mit gleicher Aufmerckſamkeit, und fand endlich, daß ich recht gemuthmaſſet hatte: denn ob ſich gleich beede nach und nach veränderten, ſo erhielt ich doch nur aus dem einen endlich die lebendigen Froſchwürmer, aus dem andern aber kam nichts zum Vorſchein.

An dem Laich, ſo ich für unbefruchtet hielt, wurde ich den acht und zwanzigſten April, in ſo ferne eine Veränderung gewahr, daß ſich ein jeder Dotter in zwey runde Körperlein theilte, wie aus der *5.* Figur zu erſehen. Den neun und zwanzigſten und dreyſigſten April, waren die Dottern nicht mehr in der Mitte des Schleims; und weil der eine Theil derſelben kleiner als der andere geworden, ſahen ſie mehr birnförmig aus; ihr dickerer Theil aber war nach dem Rand des Weiſſen, der dünnere hingegen nach dem Mittelpunct deſſelben gekehret, wie die *6.* Figur zeiget. Den erſten May ragte der dicke Theil des Dotters über das Weiſſe hervor,

http://rcin.org.pl

ſuperabat, diuiſum, cingebatur etiam hinc tenuior vitelli pars, aeque ac craſſior, nunc proprio ſuo albumine, ipſe vero vitelli color nullam hactenus ſubierat mutationem: oſtendunt namque *figurae 8. et 9.*, quae eundem magnitudine auctum repraeſentant, fuiſſe illum adhuc ex parte pallide flauum, ex parte vero fuſcum.

Quum hactenus nullum in ouis hiſce quoad formam notaueram vitium, ex iisdem gyrinos mox prodituros ſperabam; ſed mutabatur, praeter ſpem, forma ipſorum ſimul cum colore, ita, vt in magnitudine naturali *Figurae 10*, per microſcopium vero viſa *Figurae 11.* ſimilia eſſent, parsque altera illorum priſtinam craſſitudinem atque rotunditatem haberet, altera vero extenuata nec non acuminata prorſus eſſet. Die vero tertio quartoque Maii tantam ſubierant mutationem, vt fungum potius petiolo ſuo inſtructum, quam gyrinum referrent, quemadmodum *12.* et *13 Figurae* oſtendunt, quarum illa naturalem, haec autem naturali maiorem eorundem ſiſtit magnitudinem. Bina albumina nullam tunc quidem paſſa erant mutationem; ſed diſparebant tandem, eoque facto omne hoc etiam periit ſperma.

Mira valde viſa mihi eſt haec ouorum minus foecundorum mutatio, quamuis enim non negem, fuiſſe eam ex parte ab aqua, in qua haeſerunt, productam; potuit tamen illa in albumine tantum, non autem in vitello effectum aliquem edere. Quaenam itaque eſt cauſſa mutationis in hoc etiam factae, magnitudinisque ipſius auctae? Videtur ſane animalium ouis plus rudimentorum foetus ineſſe, quam quidem hodie nonnulli credunt; praeſertim quum et in muſculorum atque cochlearum, vere tantum coeuntium, ouariis, ipſo iam autumno, conchas domosque, ope boni microſcopii conſpexerim. Quodſi inſuper ſint, qui oua haecce minus quidem foecundata, incremento tamen aucta, cum molis comparent, ab his ea in re, me vix diſſentire, lubens fateor.

Fuerant quidem in ſpermate foecundo, oua nonnulla, quorum vitelli dicta ſimiliter mutabantur ratione, ea vero quae maſculi foecundata erant ſemine, ſenſim ſenſimque aliam prorſus induebant formam. Initio quidem augebantur mole tantum, vitelli autem renem figura referebant; die vero primo ſecundoque Maii conſpiciebantur gyrini in iisdem iam ſat diſtincte, atque tunc illa ipſis erat forma, quam *14 Figura* delineaui, *15.* contra vnum eorundem ope microſcopii magnitudine auctum oſtendit. Prius tamen quam in hac ouorum conſideratione vlterius pergam, indicandum eſt, inſtituiſſe me contemplationem ſpermatis ranarum arborearum longe maiori attentione, quam ſpermatis ranarum terreſtrium, atque proin non mirabitur beneuolus Lector, ſi plures hic indicauero mutationes. Vbi gyrini horum ouorum in conſpectum prodire coeperunt, maxima pars illorum conſtabat ventre, ſic tamen vt cauda ſimul cum capite iam diſtincte appareret. Natabat quilibet gyrinus in albuminis medio, craſſitudo vero ventris debebatur potiſſimum vitello, ex quo caput caudaque, ad modum germinis nec non radiculae ex ſemine plantae cuiusdam, prodire videbantur, quique merito ſuo placenta etiam dici poſſet. Obſeruabam nunc quoque haerere ad caudam gyrini aliud quoddam corpus globoſum, quod magnitudine tantum a reliquo albumine differebat, cui tamen tertio atque quarto Maii die ſimile fere erat; ſed diſtabant tum magis, venter vero gyrini perdiderat nonnihil ex craſſitudine ſua, vt ex *16* et *17 figuris* pateſcit. Mouebat ſeſe nunc etiam gyrinus pernici motu

wie in der *7* Figur, und da ſchien es als ob ſich das Weiſſe in zwey Kugeln getheilt hätte, davon die eine gröſſer als die andere war, ſo, daß nunmehr der dünnere Theil des Dotters, eben ſo wohl als der dickere, ſein eigenes Weiſſes hatte; die Farbe des Dotters aber war zur Zeit noch nicht verändert: denn wir ſehen aus der *8.* und *9.* Figur, die uns denſelben vergröſſert vorſtellen, daß er noch zum Theil hellgelblicht zum Theil aber braun geweſen.

Weil ich bisher an dieſen Eyern noch nichts unförmliches wahrgenommen, ſo vermuthete ich, es würden nun bald die Froſchwürmer aus ſelbigen zum Vorſchein kommen; allein ſie verlohren ihre Form nebſt der braunen Farbe auf einmal, und erſchienen den zweyten May in derienigen Geſtalt, in welcher ſie die *10.* Figur der natürlichen Gröſſe nach, die *11.* aber vergröſſert vorſtellet, da der eine Theil derſelben noch dick und rund, der andere aber ganz dünne und ſpizig war. Den dritten und vierten May hingegen waren ſie ſo ſehr verändert, daß ſie vielmehr einem mit ſeinem Stiel verſehenen Erdſchwamm, als einem Froſchwurm gleich ſahen, welches die *12.* und *13.* Figur, und zwar jene in natürlicher, dieſe aber in mehr als natürlicher Gröſſe zeiget. Unterdeſſen hatten die beeden ſchleimigen Körper zwar noch keine Veränderung gelitten; doch verlohren ſie ſich endlich auch, und ſo verdarb dieſer Laich miteinander.

Die Veränderung welche ſich in dieſen unbefruchteten Eyern ereignet, hat mich nicht wenig befremdet: denn ob ich gleich nicht laugne, daß auch das Waſſer in welchem ſie gelegen, etwas dazu beygetragen habe, ſo hat ſolches doch nur in das Weiſſe derſelben, nicht aber in den Dotter würcken können. Wovon iſt denn alſo dieſer verändert worden, und wie iſt es zugegangen, daß er gröſſer geworden? Faſt ſollte ich glauben es ſtecke in den Eyern der Thiere mehr von der Frucht als einige heut zu Tag glauben; zumalen da ich auch in den Eyerſtöcken der Muſcheln und Schnecken, welche ſich nur im Frühling zu begatten pflegen, bereits im Herbſt die Muſchelſchaalen und Schneckenhäuſer durch ein gutes Vergröſſerungsglas geſehen habe. Wollten auch einige dieſe unbefruchteten Eyer, welche doch gewachſen, und an Gröſſe zugenommen haben, mit den Mondkälbern vergleichen, ſo hätte ich wider dieſen Vergleich nichts einzuwenden.

Unter dem befruchteten Laich fanden ſich zwar auch einige Eyer, deren Dottern ſich auf obige Weiſe veränderten; diejenigen aber welche durch den Saamen des Männleins belebet worden, bekamen nach und nach ein ganz anderes Anſehen. Anfangs wurden ſie nur blos etwas gröſſer und ihr Dotter nierenförmig; den erſten und andern May aber konnte man bereits in ſelbigen die Würmer ganz eigentlich erkennen, und da ſahen ſie ſo aus, wie ich einen derſelben in der *14.* Figur vorgeſtellet habe; in der *15.* hingegen ſind ſie ſo von mir abgebildet worden, wie ſie mir das Vergröſſerungsglas gezeiget hat. Ehe ich aber in Betrachtung dieſer Eyer weiter gehe, muß ich vorher erinnern, daß ich den Laich des Laubfroſches viel genauer und ſorgfältiger als den Laich des Grasfroſches betrachtet habe, daher ſich denn der geneigte Leſer nicht wundern wird, wenn er hier mehr Veränderungen deſſelben angemercket findet. Als ſich die Würmer in dieſem Laich zu zeigen anfiengen, machte der Bauch den gröſten Theil derſelben aus; doch konnte man bereits auch den Schwanz nebſt dem Kopf deutlich ſehen. Jeder Wurm ſchwam mitten im Weiſſen, die Dicke ſeines Leibes aber war vornehmlich dem Dotter zuzuſchreiben, aus welchem der Kopf und der Schwanz, wie der Keim und die Wurzel aus dem Saamenkorn einer Pflanze hervor zu wachſen ſchienen, und den man auch den Mutterkuchen nennen könnte. An dem Schwanz wurde ich nun auch eines andern runden Körpers gewahr, der ſich nur in Anſehung der Gröſſe von dem

http://rcin.org.pl

tu: mutabat namque non ſolum ſitum, ſed percutiebat etiam caput cauda ſua, quo vero facto aliquamdiu immobilis prorſus jacebat. Quinto ſextoque Maji nulla amplius inter binas veſicas glutine plenas, erat connexio; altera quippe capiti adhaereſcebat, altera caudae, vt ex *18. et 19. figuris* apparet; ipſe gyrinus flaueſcebat, venter vero eiusdem nunc ſenſim ſenſimque decreſcebat. Septimo octauoque Maji aderat dimidia tantum pars albuminis cum cauda cohaerentis, quod et apertum videbatur; quum contra illud quod capiti junctum erat, integrum clauſumque eſſet, quemadomodum *figurae 20. et 21.* indicant. Diſparebat vero vtrumque nunc quibusdam in gyrinis, ſub ipſo intuentium conſpectu; quia, ceu quidem veri ſimile erat, ipſe iam gyrinus alimenta ſibi quaerere potis erat. Nutriri gyrinum ex anteriore veſica, haud vana eſt coniectura, quis vero poſterioris ſit vſus, me ignorare fateor.

Poterant nunc gyrini hi flexuoſo pernicique motu huc illuc natare pabulaque quaerere, quae ipſis etiamnum pars illa ex materia glutinoſa ſpermatis reliqua praebebat, mox tamen ſolidiore cibo mutabant. Oſtendit *figura 22.* eiusmodi gyrinum, extra materiam glutinoſam, in naturali magnitudine, *23.* vero refert eundem in magnitudine ope microſcopii aucta; erat autem haec plurimis eorundem forma die nono Maji, cauda nunc tenuiore minusque craſſa exiſtente. Maiorem multo ſubiuerant mutationem circa decimum vndecimumque eiusdem menſis diem: color quippe illorum lucidior non tantum magis flaueſcebat, ſed ambiebat etiam caudam eorum tenuis et pellucida pinna, quae prope ani aperturam orta, ad extremum caudae apicem extenſa circaque ipſum ducta, per dorſum ad caput vsque excurrebat. Ipſo in capite bina nunc comparebant puncta oculos referentia, in inferiore autem illius parte, oris loco, duae eminebant papillae, cauda vero valde iam pellucida, multisque muſculis inſtructa, intortis foeminarum crinibus ſimilis erat, id quod tamen ex *figura 24* non aeque diſtincte, ac ex *25.*, adhibito microſcopio delineata, apparebat.

Augeſcente hinc gyrinorum meorum magnitudine illorum etiam augebatur alacritas, qua ſurſum deorſumque per aquam natando ferebantur; quieſcentes contra vel vitro, vel aliis corporibus, capite affixi haerebant. Quemadmodum vero ipſos incremento augeri laetus cernebam: ſic ſollicide nunc circumſpiciebam, qua ratione illud cibis neceſſariis promouere poſſem: licet namque reliquiis materiae glutinoſae adhuc veſcebantur, ne tamen, iis conſumtis, fame mox necarentur, verendum erat. Iteratis hinc vicibus aquas illas adiui ſtagnantes, in quibus ranas arboreas iam copulatas ceperam, atque nunc gyrinos, ex ſperm ate ipſarum ortos, plurimos offendebam. Ex his varias in ipſis germinantes collegi plantas, quarum nunc hanc, nunc illam, gyrinis quos domi alebam porrexi, viſurus vtrum ipſas appeterent, an vnam ſaltem earundem prae reliquis eligerent, inuenique amare illos maxime viciniam *ranunculi aquatici capillacei*, cui etiam cateruatim adhaereſcebant; obſeruaui tamen poſtmodum, gratum etiam ipſis eſſe cibum lenticulam paluſtrem, herbasque alias aquaticas.

dem übrigen Weiſſen unterſchied, welchem er aber, den dritten und vierten May, in Anſehung derſelben faſt gleich kam; doch waren ſie damals mehr von einander abgeſondert, und der Leib des Wurms hatte an Dicke etwas abgenommen, wie aus der *16.* und *17.* Figur zu erſehen. Nunmehr fieng er auch an ſich dann und wann ſehr geſchwinde zu bewegen, da er denn nicht nur ſeine Lage veränderte, ſondern auch manchmalen mit dem Schwanz nach dem Kopf ſchlug, worauf er aber jedesmal, eine ziemliche Zeit lang, unbeweglich lag. Den fünften und ſechſten May hiengen die beeden Schleimblaſen gar nicht mehr miteinander zuſammen: denn die eine war nun am Kopf, die andere aber am Schwanz befindlich, wie die *18.* und *19.* Figur zeiget; dabey ſahe der Wurm gelblichtweis aus und ſein Leib nahm immer mehr und mehr ab. Den ſiebenden und achten May, zeigte ſich von der am Schwanz hangenden Schleim-Blaſe nur noch die Hälffte, die am Kopf hingegen war noch ganz und verſchloſſen, da jene offen zu ſeyn ſchiene, wie die *20.* und *21.* Figur weiſet, und beede verlohren ſich jezt an einigen Würmern faſt zuſehends; weil der Wurm, wie es ſchien, ſeine Nahrung ſelbſt zu ſuchen nunmehr im Stand war. Daß die vordere dieſer Blaſen den Wurm zur Nahrung diene, läſſet ſich mit gutem Grund muthmaſſen, von der hintern aber weis ich keinen Nuzen anzuzeigen.

Jezt waren dieſe Würmer auch im Stand ſich, durch eine ſchnelle ſchlänglende Bewegung, von einem Ort zu dem andern zu begeben, und ihrer Nahrung nachzugehen, die ſie zur Zeit noch von dem Reſt des Schleimes aus dem Laich nahmen, doch aber bald hernach mit einem ſtärkern Futter verwechſelten. Die *22.* Figur ſtellet einen ſolchen Wurm, auſſerhalb des Schleimes in ſeiner natürlichen Gröſſe, die *23.* aber vergröſſert vor; und dieſes Anſehen hatten die meiſten den 9. May erhalten, wobey auch zugleich ihr Schwanz an ſeiner runden Dicke etwas abgenommen und geſchmeidiger geworden. Bis gegen den zehenden und eilfften May war mit denſelben eine viel mercklichere Veränderung vorgegangen: denn ihre Farbe war nicht nur heller und gelblichter, ſondern es zeigte ſich auch um ihren Schwanz eine durchſichtige zarte Floſſe, die unten bey der Oeffnung des Affters anfieng, nach der äuſſerſten Spize des Schwanzes hinlief, um ſelbige herum gieng und ſich hernach über den Rucken hin, bis an den Kopf, erſtreckte. Auch zeigten ſich jezo an dem Kopf die beeden Augenpuncte, und unten ragten an ſelbigem, da wo der Mund ſeyn ſollte, ein paar Wärzlein herfür; der Schwanz aber, welcher nunmehr ziemlich durchſichtig war, ſtellte wegen ſeiner vielen Muſceln einen geflochtenen Haarzopf der Weiber für, welches aber in der *24.* Figur, nicht ſo deutlich als in der *25.*, und alſo durch das Vergröſſerungsglas, beobachtet wurde.

Mit zunehmender Gröſſe nahmen hierauf auch meine Würmer an Munterkeit zu, wie ſie denn im Waſſer öffters auf un ab ſchwamen; wenn ſie hingegen wieder ruheten, ſo hiengen ſie ſich gerne an dem Glas, oder auch an andere Körper mit ihrem Kopf an. Gleichwie ich aber ihr zunehmendes Wachsthum mit Vergnügen ſahe: ſo war ich auch nunmehr beſorgt, wie ich ſolches durch Darreichung des nöthigen Futters ferner befördern mögte: denn ob ſie ſich jezt gleich von dem noch übrigen Schleim nähreten, ſo hatte ich doch zu befürchten, ſie möchten mir, wenn ſelbiger gar verzehret wäre, plözlich für Hunger ſterben. Ich gienge alſo öffters an die ſtehenden Waſſer, in welchen ich die berrits gepaarten Laubfröſche gefangen hatte, und wo ich nunmehr auch die aus ihrem Laich kommende Würmer häuffig antraf, und ſammlete mir verſchiedene in ſelbigen wachſende Pflanzen, von welchen ich denen bey mir in der Koſt lebenden Würmern eine nach der andern darreichte, um etwann dadurch zu entdecken, ob ihnen ſolche zur Spei-

http://rcin.org.pl

ticas ; ſed age in ipſa eorum conſideratione vlterius progrediamur.

Exhibet *figura 26.* inferiorem corporis ſuperficiem illius gyrini, quem *24.* in naturali magnitudine a latere ſtitit, *figura 27.* vero repraeſentat eundem magnitudine microſcopii ope aucta. Cernimus hic, praeter binas illas papillulas oris vicibus fungentes, ſeparatum eſſe caput a corpore, nec non hoc a cauda, interſtitio quodam. Quum vero modo dictae papillulae inter ſe diſtent, atque a ſede illa, quam os in adultioribus gyrinis occupat, remotiores ſint, dubium videbitur nonnullis, vtrum illae oris vices praeſtent; quoniam vero eo ipſo tempore in ipſorum capite nulla alia adeſt apertura, reliquaeque gyrinorum internae aeque ac externae partes, ſenſim ſenſimque, varias admodum ſubeunt mutationes, aliter ut ſentiam, dubium hocce vix me mouet.

Monſtrat *figura 28. Tabula X.* gyrinum noſtrum eodem in ſitu, quem in *27.* habuit, ſed nonnihil mutatum. Eminebat namque in omnibus gyrinis meis, die duodecimo decimoque tertio Maii, pone caput vtroque in latere, tenuis quaedam pars, tubulum potius hauriendo aeri aptum, quam appendicem eiusmodi fimbriatam referens, quales in gyrino ranae terreſtris *Tab. II. fig. 8.* vidimus. Sed diſcrepent licet partes hae, veriſimile tamen eſt, eſſe in vtraque hac gyrinorum ſpecie vnum eundemque ipſarum vſum ; euanuerunt certe, in hac aeque ac in illa, eodem prorſus tempore. Aſt mutabantur nunc etiam gyrini mei quoad colorem : fundus namque illorum, qui hactenus flaueſcebat, varius nunc fiebat, vt ex *figuris 29. et 30.* apparet, ob plurimas obſcurioresque lineolas. Aderant adhuc binae papillulae oris, oculi vero magis nunc nigreſcebant.

Diebus decimo quinto et decimo ſexto Maji maiorem multo in gyrinis meis notabam mutationem : augebantur namque non ſolum in fundo flauo obſcurae maculae; ſed induebat etiam omne illorum corpus aliam prorſus formam. Non diſtabat amplius caput a corpore, veſica potius ouiformi, pellucida et aqua plena ambo cincta eſſe videbantur, id quod *figurae 31. et 32.* ſuperiorem ſuperficiem, *33.* et *34.* vero inferiorem referentes, ob oculos ponunt, vbi vero monendum eſſe duco, indicare minorem figuram naturalem, maiorem vero, microſcopio auctam gyrini formam, id quod tamen in poſterum non monebo, perſuaſus *Lectorem beneuolum* huius non amplius egere admonitionis. Monſtrat *figura*, quae inferiorem ſuperficiem corporis repraeſentat, obſuram eſſe poſteriorem illius partem cum linea quadam ex ipſius medio elucente; pars vero anterior pallide flauet, aeque ac caput, in quo iam praeter oculos nigricantes, os quoque et nares diſtincte comparent ; voraciores inſuper eſſe gyrinos meos facile nunc videbam. Alia rurſus illorum erat facies diebus decimo octauo et nono Maji : obſcuriorem namque ſuperioris ſuperficiei, quae paucas tantum oſtendebat maculas lucidas, caudaeque redditum fuiſſe colorem, oculos autem aurantii coloris circulum cingere, *figurae* indicant *35.* et *36.*

Simi-

ſe dienlich ſeyn mögten, oder ob ſie nur eine derſelben vorzüglich wählen würden: da ich denn wahrnahm, daß ſie ſich an dem ſogenannten Fiſchgras oder Waſſerfenchel am liebſten aufhielten, und an ſolchen haufenweis anhiengen; nachgehends fande ich aber auch, daß ihnen als ſie gröſſer geworden die Meerlinſen nebſt andern Waſſergewächſen, eine angenehme Speiſe wären; jedoch wir wollen uns wieder zur Betrachtung derſelben wenden.

In der *26.* Figur ſehen wir den in der *24.* in natürlicher Gröſſe, von der Seite, vorgeſtellten Wurm, auf ſeiner untern Fläche, und die *27.* Figur zeiget eben denſelben vergröſſert, da wir denn, auſſer den zwey die Stelle des Mundes vertrettenden Wärzlein, auch noch wahrnehmen, daß der Kopf vom Leib, dieſer aber vom Schwanz abgeſondert ſeye. Da erſt gedachte zwey Wärzlein etwas voneinander entfernet, und dabey ziemlich weit von dem Ort abſtehen, wo ſich der Mund an den mehr erwachſenen Würmern allezeit zeiget: ſo ſollte es faſt zweifelhaft ſcheinen, ob ſelbige dem Wurm ſtatt des Mundes dienen; alleine weil zu dieſer Zeit an dem Kopf deſſelbigen keine andere Oeffung zu finden iſt, und ſich auch die übrigen, ſowohl äuſſerlichen als innerlichen Theile an den Froſchwürmern gar ſehr, nach und nach, verändern: als kan mich dieſer Zweifel in meiner Meinung nicht irre machen.

Die *28.* Figur unſerer *X.* Tabelle, weiſet unſern Froſchwurm in eben der Lage, in welcher uns ſolchen die vorhergehende *27.* dargeſtellet, aber mit einiger Veränderung; indem meine Würmer insgeſammt, den zwölfften und dreyzehenden May, hinten am Kopf, zu jeder Seite, einen zarten herfürragenden Theil hatten, der mehr einem zum Lufftholen beſtimmten Röhrlein, als einem ſolchen gefranzten Anhang glieche dergleichen wir auf der *II.* Tabelle an der *18.* Figur, bey dem Wurm des Grasfroſches geſehen haben. Ob ſich aber gleich hierinnen ein Unterſchied zeiget; ſo glaube ich doch, daß dieſe Theile, bey der einen Art dieſer Würmer eben den Nuzen, wie bey der andern haben, wenigſtens ſind ſie bey gegegenwärtiger ſo bald, als bey jener, wider verſchwunden. Nunmehr gieng aber auch an meinen Würmern, in Anſehung ihrer Farbe, einige Veränderung für: denn da ſie bisher noch immer einerley gelblichte Grundfarbe behalten, ſo fiengen ſie jezt an ſelbige zu verändern, indem ſie wegen verſchiedener dunckler und kurzer Streife, ein ſcheckiges Anſehen bekamen, wie aus der *29.* und *30.* Figur zu erſehen. Die beeden Mundwärzlein waren an ſelbigen nun auch noch zugegen, die Augen aber fiengen an ſchwärzer zu werden.

Den funfzehenden und ſechzehenden May wurde ich an meinen Würmern noch mehrerer Veränderung gewahr: denn es vermehrten ſich nicht nur die dunckeln Flecken im gelben Grund; ſondern es nahm auch der ganze Körper eine andere Form an. Der Kopf war vom Leib nicht mehr unterſchieden; beede aber ſchienen vielmehr von einer mit Waſſer angefüllten ovalruden, durchſichtigen Blaſe umgeben zu ſeyn, welches durch die *31.* und *32.* Figur nach der obern Fläche, durch die *33.* und *34*, aber nach der untern vorgeſtellet wird, wobey ich zugleich erinnere, daß die kleinere Figur die natürliche, die gröſſere aber die durch ein Vergröſſerungsglas vermehrte Geſtalt des Wurms anzeige, welches ich aber in das künftige unterlaſſen werde, weil ich hoffe daß der geneigte Leſer dieſer Erinnerung nicht mehr nöthig habe. An der Figur welche die untere Fläche zeiget, iſt der hintere Theil des Leibes dunckel mit einem hellen Mittelſtrich; der vordere aber erſcheinet nebſt dem Kopf blasgelb, und in dieſem ſind nunmehr nebſt den ſchwarzen Augen, auch der Mund und die zwey Naſenlöcher deutlich zu erkennen; ſonſten war auch jezt gar wohl zu mercken, daß dieſe Würmer ziemlich zu freſſen anfiengen. Den achtzehenden und neunzehenden May aber bekamen

ſelbige

http://rcin.org.pl

Similes erant gyrini mei, a die vigeſimo ad vigeſimum quartum vsque Maji, quoad formam, *figuris 37. et 38.*, quae tamen ſuperficiem tantum inferiorem gyrini monſtrant; quum eodem tempore in ſuperficie ſuperiore nihil notatu dignum occurrebat, tenuis vero illa gyrinum cingens et aqua repleta pellicula, clare hic diſtincteque cernebatur. Referebat nunc poſterior corporis pars globum ex cinero fuſcum, prope illam vero aderat in parte anteriore flaueſcente, ea in ſede quam cor occupat, macula quadrata. Os rima erat oblonga atque transuerſa, a naribus vero protendebantur pelliculam extimam verſus, parum ab ipſis remotam, bini canaliculi. Carebat os huiusmodi canaliculo, quum ipſa pellicula margini ipſius affixa eſſet, id quod gyrinum a latere, vt in *figuris 39.* et *40*, intuentibus facile patet. Certiorem ceterum me reddebant excrementa, quibus inteſtinum rectum, diſtincte hic conſpiciendum, repletum erat, quaeque ex eodem nonnihil, plus vero aliis in gyrinis, quemadmodum *figura 44.* oſtendit, propendebant, non indigere gyrinos meos nutrimentis, quin plena ſemper erant reliqua quoque inteſtina, vnde venter ipſorum adeo diſtendebatur, vt magnitudine caput ſuperaret, nullusque dubitarem, me in nutriendis iisdem operam non eſſe luſurum.

Excreuerant iam gyrini mei eam in magnitudinem, vt nudo oculo eorundem accurata inſtitui potuerit conſideratio, repreſentant hinc reliquae omnes figurae eosdem, ea forma, qua mihi absque microſcopii ope conſpicui erant. Amiſerant omnes die vigeſimo nono Maji tenuem illam pelliculam, qua antea cincti fuerant; quoad formam vero ſimiles erant *figurae 41.* Flaueſcebat eodem tempore, caput verſus, pinna, in maiorem nunc latitudinem expanſa, ipſi vero tardius nunc increſcebant, vnde die demum vndeuigeſimo Maji magnitudine *42. figurae* comparuerunt, quoad externam figuram parum, quoad colorem vero, nunc magis ex viridi fuſcum, multum mutati. Ob tardius hoc eorum incrementum, juſto fere diuturnior praeſtanda mihi erat patientia, donec crura poſteriora, quae auide nunc expectabam, apparerent, id quod tandem in nonnullis eorum, die vndetrigeſimo Iunii factum fuit, poſtquam *43. figurae* magnitudinem nacti erant. Vix quidem initio diſcerni poterant crura haec ob paruitatem, quum prima tantum eorum pars in conſpectum prodiret; hoc tamen non obſtante facile notaui, procreſcere illa eadem in regione, in qua ipſa in gyrinis ranae terreſtris *Tab. II.* prodeuntia monſtraui.

Die decimo ſexto Iulii propius aberant gyrini mei, a ſumma in quam excreſcere ſolent magnitudine, mutatum etiam nonnihil eorundem ſeſe oſtendebat color: ventris namque craſſioris latera magis magisque lucidum cupri induerant colorem; ſuperficies illus inferior ex pallido erat cineracea; caput ex flauo fuſcum, in ſuperficie vero ſuperiore, aeque ac dorſum, obſcurius apparebat; flauebat cauda obſcuris maculis notata, pinna vero ipſius inferius alba, ſuperius flaua, nigreſcebat caput verſus. Crura poſteriora erant nunc altera parte longiora, quinque vero ipſorum digiti magis conſpicui. Singula haec refert *figura 44.*, in qua inſuper eo in loco, in quo piſcium ſunt branchiae, veſica conſpicitur alba, qua magis conuincebar, ſententiam SWAMMERDAMMII, habere ſcilicet rana

rum

ſelbige wieder ein anderes Anſehen; indem ihre Oberfläche nebſt dem Schwanz noch dunckler geworden, und auf jener nur noch einige helle Flecken zu ſehen waren; die Augen aber eine oranienfarbe Einfaſſung bekommen, wie die *35.* und *36.* Figur zeiget.

Vom zwanzigſten bis zu den vier und zwanzigſten May kamen meine meiſte Würmer der Geſtalt nach mit der *37.* und *38.* Figur überein, welche aber einen derſelben nur auf der untern Fläche vorſtellen; weil ſich auf der obern zu dieſer Zeit eben nichts merkwürdiges zeigte, die den Wurm umgebende und mit Waſſer angefüllte zarte Haut aber hier am deutlichſten zu ſehen war. Der hintere Theil des Leibes ſahe nunmehr einer graulichtbraunen runden Kugel ähnlich, oben aber war nahe an ſelbigem in dem gelben Vordertheil ein viereckigter Flecken, um die Gegend wo das Herz liegt, wahrzunehmen. Der Mund ſtellte einen länglichten quer ſtehenden Spalt vor, und von den beeden Naſenlöchern erſtreckten ſich bis an die äuſſerſte Haut, zwey zarte Canäle; aus dem Mund aber gieng kein ſolcher Canal, indem dieſe zarte Haut um den Rand deſſelben herum angewachſen war, welches ſich deutlich zeigte, wenn man den Wurm von der Seite nach der *39.* und *40.* Figur betrachtete; der Unrath aber der den hier ganz deutlich zu erkennenden Maſtdarm anfüllte, auch aus ſelbigen etwas, mehr aber an andern, wie die *44.* Figur zeiget, herausgetretten war, verſicherte mich, daß es meinen Würmern an Nahrung nicht mangelte, zumalen da auch die übrigen Gedärme immer angefüllet blieben und den hintern Theil des Leibes ſo ausgeſpannt erhielten, daß er beſtändig gröſſer als der Kopf ausſahe; eben dieſes aber lies mich auch an fernerer glücklicher Erziehung derſelben nicht zweifeln.

Jezt waren meine Fröſchwürmer ſo gros geworden, daß ſie mit bloſen Augen gar wohl betrachtet werden konnten, dieſemnach zeigen uns die folgenden Figuren alle dieſelben ſo, wie ſie ſich ohne Vergröſerungsglas mir dargeſtellet haben. Den neun und zwanzigſten May hatten ſie alle die zarte Haut, von welcher ſie vorher umgeben waren verlohren, der Geſtalt nach aber kamen ſelbige mit der *41* Figur überein. Um dieſe Zeit verfärbte ſich ihre Floſſenhaut, die nun etwas breiter wurde, gegen den Kopf zu in das Gelbe; mit ihrem Wachstum aber gieng es etwas langſam her, indem ſie erſt den neunzehenden Junii ſich in der Gröſſe der *42.* Figur zeigten, der äuſſerlichen Structur nach aber gar nicht, in Anſehung der Farbe hingegen, welche immer mehr grünlichtbraun wurde, ziemlich veränderten. Wegen dieſes langſamen Wachstumes wurde mir die Zeit etwas lange, bis ich die hintern Füſſe erblickte, worauf ich nun mit Verlangen wartete, und die endlich an einigen den neun und zwanzigſten Junii, als ſie die Gröſſe der *43.* Figur erhalten hatten, zum Vorſchein kamen. Anfangs waren dieſelben, wegen ihrer Kleinigkeit kaum zu erkennen; indem ſich nur der erſte Theil derſelben ſehen lies; doch bemerkte ich ſogleich, daß ſie in eben der Gegend heraus kamen, in welcher ſie an den Fröſchwürmern des Grasfroſches auf der *II.* Tabelle von mir gezeiget worden.

Bis den ſechzehenden Julii kamen meine Würmer ihrer höchſten Gröſſe ziemlich nahe, wie ſie denn auch ihre Farbe einiger maſſen verändert hatten: denn ihr dicker Leib wurde an den Seiten immer mehr hell kupferfarb; die untere Fläche ſahe hellgrau aus; der Kopf gelblichtbraun, auf ſeiner Oberfläche aber war er, wie der Rucken, etwas dunckler; der Schwanz ſpielte bey ſeinen dunckeln Flecken hellgelb, die Floſſe aber war unten weis, oben gelblicht und gegen den Kopf zu, dunckel. Die hintern Füſſe zeigten ſich nunmehr wieder um einen Theil länger und ihre fünf Zehen waren ſichtbarer. Alles dieſes iſt an der *44.* Figur wahrzunehmen, wie auch eine weiſſe Blaſe, welche da, wo ſonſt an den Fiſchen die Ohren ſind, deutlich zu ſehen, und wodurch ich noch mehr über-

zeugt

http://rcin.org.pl

rum gyrinos ſuas etiam branchias, veritati minus eſſe contrariam. Ceſſante tandem, circa diem vigeſimum quintum Iulii vlteriore gyrinorum meorum incremento, apparebat, inſtructa nunc eſſe poſteriora illorum crura parte etiam tertia, in ipſis vero eorum digitis, cernebantur iam diſtinctiſſime proprii huic ranarum ſpeciei globuli; mutatum etiam ipſorum fuiſſe colorem monſtrat *figura 45*, in qua et crurum anteriorum quaedam comparet adumbratio. Prius tamen quam haec integra prodierunt, nonnullas adhuc paſſi ſunt gyrini mutationes: non ſolum enim obſcurior eorum reddebatur color, ſed oriebatur etiam, ad latera, circa branchias, tumor quidam, id quod *figura 46.* die vigeſimo octauo Iulii a me delineata, indicaui. Die tandem huius menſis trigeſimo perfecta erant crura anteriora, quae tamen non uno eodemque tempore in vtroque latere prodierunt; dextrum quippe in omnibus gyrinis meis prius apparuit ſiniſtro, retraxerunt etiam illa primo die iteratis vicibus ita, vt penitus abſconderentur. Iam vero erat color eorum in ſuperficie corporis ſuperiore ſubuiridis, in inferiore autem nec non in cruribus flaueſcens, cauda contra perdiderat, ſpatio dimidii diei, cum priſtina forma colorem quoque. Maior inſuper in ipſis nunc videbatur aeris hauriendi neceſſitas, quum iteratis vicibus ad aquae ſuperficiem enatarent; exercebant porro oris etiam vſum, quod crebrius et aperiebant et claudebant, quieſcentes vero adeo contrahebant digitos pedum anteriorum, vt pugnum formarent in *figura 47.* conſpiciendum.

Decreſcebat tandem etiam gyrinorum horum cauda, vnde factum vt illa die trigeſimo primo Iulii, nec non primo Auguſti, dimidia iam parte minor eſſet; aquae etiam, vt videbatur, nunc pertaeſi gyrini, prorepebant ex illa partique ſuperiori vitri adhaereſcentes admodum diu quieti manebant; mutabatur porro color eorum, quippe qui ex flauo grate vireſcebat; ad latera vero reſiduae partis cernebantur ſuperius binae breues nigraeque lineae, quas *48. figura* diſtincte monſtrat. Perdiderant die ſecundo Auguſti gyrini illi, in quibus crura citius quam in reliquis procreuere, omnem prorſus caudam, atque tunc aderat parua quidem, ſed quoad colorem et formam omni ex parte perfecta rana arborea, quam *figura 49.* repraeſentat, et inter cuius digitos pedum poſteriorum membrana illa cernebatur, ſi rana vndam innatabat, quae natatum iuuat, et de qua, ſuperius quidem, ſcripſi, adeſſe eius paruam vel nullam prorſus in ranis arboreis partem, vbi addere debuiſſem, ſi extra aquas morantur. Quum vero paruae hae ranae non ſolum optime ſaltare, ſed et eſcam ſuam, varia ſcilicet inſecta, captare potes ſunt: hinc aquas derelinquere et arbores atque frutices, praedae cauſſa, quam hic ſat copioſe vtplurimum offendunt, petere ſolent.

Poſtquam itaque de incremento ranae noſtrae arboreae expoſuimus, quo illa ex ouo egrediens ſenſim ſenſimque, donec perfectam ranae induat formam mutatur, atque id ipſum in *Tabula X.* ob oculos poſuimus, reliquae nunc etiam indicandae forent ipſius quoad magnitudinem mutationes; ante tamen quam id ipſum agamus, dicenda quaedam ſunt de *1. figura*, *XI. tabulae*, quae in eadem, concinniorem ob ordinem, ſuperiorem occupat locum. Refert illa maſculum huius ranarum ſpeciei, cuius fauces, ope binorum hamulorum, quantum quidem poſſibile fuit, diductae ſunt. Cur autem hoc in ſitu illum depinxerim, cauſſa fuit maior ille follis, cuius iam

zeugt worden, daß die Meinung des Swammerdams von den in den Froſchwürmern befindlichen Ohren, nicht falſch ſeye. Den fünf und zwanzigſten Julii waren endlich meine Würmer ausgewachſen, und da hatten ihre beeden hintern Füſſe auch ihren dritten Theil, an ihren Zehen aber zeigten ſich die dieſer Froſchart eigene Knöpflein ganz deutlich; daß übrigens auch die Farbe an ihnen verändert war, iſt aus der *45.* Figur abzunehmen, an welcher über dieſes die vordern Füſſe, wie in Schatten bereits zu ſehen. Ehe aber dieſe völlig durchbrachen, gieng an den Würmern noch einige Veränderungen vor: denn es wurde nicht nur ihre Farbe dunckler, ſondern es zeigte ſich auch an den Seiten in der Gegend der Ohren einigermaſſen eine Geſchwulſt, wie ich in der *46.* Figur zeige, welche ich den acht und zwanzigſten Julii gemachet habe. Den dreyſigſten dieſes Monats waren endlich auch die vordern Füſſe völlig formiret; doch kamen ſie nicht zu gleicher Zeit zum Vorſchein, indem ſich an allen meinen Würmern der rechte ehender als der lincke ſehen lieſe; und manchmalen zogen ſie dieſelben am erſten Tag ſo ſtarck zuruck, daß man von ihnen gar nichts ſahe. Nunmehr waren ſie auch der Farbe nach auf der obern Fläche des Leibes grünlicht, an der untern aber und an den vier Füſſen gelblicht; der Schwanz hingegen behielt kaum einen halben Tag mehr ſeine vorige Geſtalt und Farbe. Ubrigens ſchiene es auch jezt als ob ſie die Lufft nöthiger als vorher hätten, weil ſie ſich öffters an die Oberfläche des Waſſers begaben; dabey übten ſie ſich immerzu in dem Gebrauch ihres Mundes, den ſie vielmals öffneten und wieder ſchloſen; wann ſie ſich aber ſtill und ruhig hielten, ſo zogen ſie die Zehen der vordern Füſſe ſo zuſammen, daß ſie eine geſchloſſene Fauſt vorſtellten, wie an der *47.* Figur wahrzunehmen

Endlich fieng auch der Schwanz an dieſen Würmern an kleiner zu werden, ſo, daß er den ein und dreyſigſten Julii und erſten Auguſt bereits um die Hälffte abgenommen hatte; und hierauf wollten die Würmer nicht mehr im Waſſer bleiben, ſondern ſie krochen an dem Glas in die Höhe, und blieben an ſelbigen auſſerhalb des Waſſers, ganz ruhig, eine ziemliche Zeit lang, ſizen; auch bekamen ſie nunmehr eine liebliche gelblichtgrüne Farbe, und an dem Reſt des Schwanzes zeigte ſich oben am Leib, zu jeder Seite, ein kurzer ſchwarzer Strich, wie die *48.* Figur ausweiſet. Den zweyten Auguſt war an denjenigen Würmern, welche zuerſt die Füſſe bekommen, der Schwanz völlig verſchwunden, und da ſahe man der Geſtalt und Farbe nach einen vollkommenen, aber noch kleinen Laubfroſch, den die *49.* Figur vorſtellet, an welchem auch im Waſſer, zwiſchen den Zehen der hintern Füſſe, diejenige Haut zu ſehen war, welche den Fröſchen zum Schwimmen dienet, und von der ich oben geſaget, daß man ihrer wenig oder gar nicht an den Laubfröſchen gewahr werde, wo ich zugleich dieſes hätte hinzu ſezen ſollen, wenn ſie ſich auſſerhalb des Waſſers befinden. Weil aber dieſe junge Laubfröſche meiſterlich ſpringen und ihren Raub, der aus lauter Inſecten beſtehet, behende erhaſchen können: ſo verlaſſen ſie in dieſer Gröſſe insgemein das Waſſer, und begeben ſich nach und nach um ihrer Nahrung willen auf die Büſche und Bäume, wo ſie dieſelbe insgemein in genugſamer Menge antreffen.

Nachdem wir nun das Wachstum unſeres Laubfroſches, von Ey an biß zu ſeiner vollkommenen Froſchgeſtalt, nach der *X.* Tabelle betrachtet haben: ſo ſollten wir auch die fernere Veränderung, ſo in Anſehung ſeiner Gröſſe mit ſelbigem vorgehet, nunmehr anzeigen; wir müſſen aber ſolches nur ſo lange unterlaſſen, biß ich von der *1.* Figur der *XI.* Tabelle, als welcher ich um beſſerer Ordnung willen den oberſten Plaz einraumen müſſen, einige Anzeige gethan. Es ſtellet dieſelbe ein Männlein dieſer Froſchart vor, deſſen Rachen durch Hülffe zweyer Häcklein, ſo weit als möglich, aufgeſperret erhalten wird.

http://rcin.org.pl

iam ſupra p. 41. aliquam inieci mentionem, quique ſemper in maſculis ranarum arborearum, vbi vociferant, in conſpectum prodit. Noſſe ſcilicet auebam, quanam via aer, ſaccum huncce expandens, in ipſum intret. Si tubulum in ranae os immittebam, illudque dein firmiter clauſum tenebam, et per tubulum aere replebam, facile quidem follis expandebatur; vbi vero aperto rurſus ore, oſtium illud quaerebam per quod aer in follem penetrauit, inueniebam ſemper, ipſam oris atque follis cauitatem inter, parietem, quem linguae ſubiacens cutis formabat, nullo foramine pertuſum; tandem vero obſeruabam adeſſe ibi, vbi paries cum maxilla cohaerebat, vtroque in latere rimam, per quam aeri et ingreſſus et egreſſus patebat. Signatae ſunt binae hae rimae, in figura noſtra, litteris *aa*, atque per has pro lubitu nunc poteram, ſaepius iam dictum follem illum, aere replere; quum vero hoc iuuita rana fiebat, ſaepius eundem, aere expulſo ipſa contraxit, donec tandem, crebrius aere a me immiſſo, laſſaretur, follisque diutius aere turgeret. Conſtat ille ex fuſca, pellucida admodum tenaci membrana, quae vbi, rana non vociferante, contracta eſt, vt gula ipſius, id quod iam indicaui, fuſci ſit coloris, efficit. Inter binas illas follis rimas, conſpicitur in figura noſtra lingua *b* notata, quae licet parua hic videatur, habito tamen ad proportionem reſpectu, latior longiorque eſt quam in rana terreſtri, ſi ipſam rana arborea, inſectum quoddam arreptura, exerat; de ſitu vero illius eadem quoque valent, quae iam in hiſtoria ranae terreſtris a me ſunt dicta. Pone linguam comparet medio in ore rima quaedam, quae laryngis eſt apertura; poſt hanc vero hiant fauces.

Ante autem quam quartum, rana arborea mas, aetatis agat annum, nunquam ille follem ſuum eſt inflaturus clamoremque editurus: atque tunc etiam fuſca eiusdem fit gula, certo indicio, eſſe illum nunc ad ſpeciei propagationem idoneum, cui foemellae quoque hac ipſa demum aetate aptae euadunt. Docuit me hoc diuturnior experientia, atque hinc etiam eſt, quod nouerim, agere ranam arboream, magnitudine *2 figuram XI Tabulae* aequantem, alterum aetatis ſuae annum; hoc vero elapſo ſimilis eſt *figurae 3*; tertio exacto anno magnitudine ad *4.* accedit; licet vero tunc viribus ad generationem requiſitis non deſtituatur, ſigna tamen illa, quibus maſculus a foemella diſtinguitur, ſat diſtincte nondum apparent, quamuis ipſo etiam in gyrino huius ſpeciei adultiore, omnes eae iam cernantur internae partes, quae vtrique ſexui ſunt propriae. *Ornamenta* illa *Tabulae* huius, cochleae ſcilicet herbaeque, eorum gratia hic fuerunt appicta, quibus Tabulae meae vacuae nimis fuerunt viſae, ad rem vero, quam tracto, minus pertinent. Parum itaque refert, ſi illi, quorum opera in Tabulis hiſce pingendis vtor, hic vel illic eadem viuidiore obduxerint colore, quam ipſe quidem in archetypo feci: namque hoſce errores, vt ipſis condonem, cogor, ne praecipuis in rebus naturae imitationem negligant.

Si

wird. Daß ich aber ſelbiges in dieſer Stellung abgebildet habe, dazu hat mir der groſſe Blaſebalg Gelegenheit gegeben, von dem ich bereits oben p. 41. etwas gemeldet habe, und welcher ſich allezeit an den Männlein der Laubfröſche, wenn ſie quacken, zu zeigen pfleget. Ich war nämlich begierig zu wiſſen, wie denn die Lufft, wenn ſie dieſen Sack ausdehnet, in ſolchen hinein käme. Wenn ich dem Froſch ein Röhrlein in den Mund ſteckte, ſolchen aber hernach veſt zuhielte, und durch das Röhrlein hinein bliese, ſo war es mir zwar was leichtes den Blaſebalg mit Lufft anzufüllen; wenn ich aber hernach den Mund wieder öffnete, und mich nach der Oeffnung umſahe, durch welche die Lufft in dem Blaſebalg gekommen, ſo fand ich allezeit, daß die unter der Zunge befindliche Haut, zwiſchen der Höle des Mundes und dem Blaſebalg, eine Scheidewand machte, in der keine Oeffnung zu bemerken war; endlich aber fand ich doch, da wo dieſe Scheidewand an dem untern Kiefer angewachſen, an jeder Seite eine länglichte Oeffnung, durch welche die Lufft leichtlich aus und ein kommen konnte; dieſe beeden Oeffnungen aber ſind in unſerer Figur mit *aa* bezeichnet, und durch ſolche konnte ich nunmehr offtgedachten Blaſebalg nach Belieben mit Lufft anfüllen; weil dieſes aber wider des Froſches Willen geſchahe, ſo zog er ſelbigen vielmals, mit Ausſtoſſung der Lufft wieder zuſammen, bis er endlich, wenn ich öfters ein gleiches wiederholte, müde wurde; da denn derſelbige länger angefüllet blieb. Es beſtehet aber ſolcher aus einem gelbbraunen, etwas durchſichtigen, ſehr zähen Häutlein, welches wann es zuſammgezogen iſt, und wenn der Froſch nicht quacket, verurſachet, daß ſeine Kehle ein ſo braunes Anſehen hat, wie ich bereits oben angezeiget habe. Zwiſchen den beeden Oeffnungen des Sackes, zeiget ſich in unſerer Figur auch die mit *b* bezeichnete Zunge, und ob ſelbige gleich hier ein geringes Anſehen hat: ſo iſt ſie doch nach Proportion breiter und länger, als bey dem Grasfroſch, wenn ſelbige der Froſch, um etwann ein Inſect zu erhaſchen, herausſchläget; von ihrer Lage aber iſt übrigens eben das zu bemerken, was ich in Beſchreibung des Grasfroſches davon gemeldet habe. Hinter dieſer Zunge, zeiget ſich mitten im Mund eine geſchlitzte Oeffnung, und ſolches iſt die Oeffnung des Kopfes der Lufftröhre, hinter welchem der Rachen offen ſtehet.

Ehender aber wird ein Männlein von den Laubfröſchen dieſen Beutel nicht aufblaſen, und daher auch nicht quacken, als bis es in das vierte Jahr gehet, und alsdenn läßt ſich auch erſt eine braune Kehle an ihm wahrnehmen, welches ſodenn ein richtiges Kennzeichen iſt, daß ſelbiges ſein Geſchlecht fortzupflanzen nunmehr im Stand ſey, wozu die Weiblein ebenfalls nicht ehender als in dieſem Alter tüchtig ſind. Es hat mich ſolches eine lange Erfahrung gelehret, und eben daher weis ich auch, daß ein Laubfroſch der die Gröſſe der 2. Figur unſerer *XI.* Tabelle hat, im zweyten Jahr ſeines Alters ſey, iſt er aber über dieſes hinaus, ſo erlanget er das Anſehen der 3. Figur; nach dem dritten Jahr aber, erſcheinet er in der Gröſſe der 4; und ob er gleich alsdenn zur Fortpflanzung die nöthigen Kräffte erlanget: ſo zeigen ſich die Merkmale, wodurch ein Männlein von dem Weiblein zu unterſcheiden iſt, noch nicht recht deutlich, ob man ſchon auch ſo gar in einem Froſchwurm dieſer Art, wenn er erwachſen iſt, innerlich bereits alle die Theile wahrnimmt, die jedem Geſchlechte eigen ſind. Die Auszierungen welche ſich auf dieſer Tabelle befinden, ich meine die Schnecken und Kräuter, ſind um derjenigen Liebhaber willen hinzu geſetzet worden, denen meine Tabellen zu leer ausſehen, und gehören eigentlich nicht zur Hauptſache. Daher man es denn auch nicht zu genau nehmen mus, wenn etwann die Illuminiſten ungefähr eine friſchere Farbe hier und dar angebracht haben als ich ihnen vorgemahlet; indem ich gezwungen

N bin

http://rcin.org.pl

Si rana arboreae praedae inhiat, eadem id perficit ratione ac rana terreſtris; gratius tamen illa eo ipſo tempore nobis praebet ſpectaculum: felis enim inſtar muri inſidiantis, praedam intuetur, atque tunc eum ſeruat poſitum, quem *3* monſtrat *figura*, vbi eandem libellae inſidias ſtruentem cernimus. Quando itaque praedam ſibi non euaſuram autumat, fulguris inſtar, ad pedis altitudinem longitudinemue interdum exſiliens, in illam inuolat, eandemque glutinoſa ſua lingua arripiens deuorat. Mutari ceterum in iunioribus ranis arboreis, aeque ac in ſenioribus, viridem ſemper colorem, obſeruatu haud eſt difficile: ſingulis enim quinque ſexue diebus alius ipſis eſt; quin ſi plures earundem eidem vaſi incluſas ſeruaueris, hanc coloris mutationem, vno eodemque videbis die; id quod vero hinc contingit, quod, vt ſupra iam dixi, cutem crebrius exuunt.

Sunt qui ranae arboreae virtutem adſcribunt ſudori manuum, malo multis perquam moleſto, medendi. Suadent hinc vt vtraque manu ranam arboream tamdiu comprehenſam teneant, donec tandem moriatur; ipſum vero hunc effectum frigidiori ranae tribuunt ſanguini: quodſi tamen res ſic ſe habeat, aliae etiam ranae, nec non in aquis habitantes creaturae aeque erunt efficaces; quum frigidus ipſis ſimiliter ſit ſanguis, licet ille ob motum ſuum, non poſſit non certo caloris gradu gaudere. Videtur ceterum rana noſtra arborea, inter reliquas ranarum ſpecies, ſi ita loqui liceat, eſſe ſtupidiſſima, propius namque licet ad ipſam accedas, vix tamen loco eſt ceſſura, vel in fugam ſeſe coniectura.

Omnia atque ſingula quae hactenus de rana arborea, ipſiusque dixi proprietatibus, tam ſunt certa tamque vera, vt haud verear, fore quenquam, qui in examinanda eadem operam ſuam ſit collocaturus, qui me accuſet, ſcriptum hic eſſe quicquam veritati minus conſentaneum. Quum autem ſint qui dubitent, vtrum rana haec aquas incolat, non poſſum non, pro adſtruenda rei veritate, ſequentia addere. Seruaui ex gyrinis illis, quos prima vice e ranae noſtrae ſpermate obtinui, quatuor modo, poſtea vero quam in tantum increuere, vt crura obtinuerint poſteriora, et hi morte interierunt. Sed erant illi crebra contemplatione mihi adeo cogniti, vt ipſos in aquis etiam, ope ſummae qua gaudeo viſus aciei, ab aliis diſtinguere potuerim: cepi hinc etiam nonnullos eorundem, quos mecum domum deportaui atque tamdiu alui, donec perfectas, ex illis obtinui ranas; neque deſunt qui id factum eſſe teſtentur, ego vero quotannis idem me praeſtiturum ſpondeo: vt adeo non ſine ratione affirmare audeam, coire non tantum ranas arboreas ipſis in aquis; ſed habitare etiam gyrinos earundem in illis tamdiu, donec quatuor cruribus inſtructi, caudaque amiſſa, ſaltui aptae facti ſint ranae.

Quum propoſitum mihi ſit, omnium ſpecierum ranarum noſtratium hiſtoriam eadem tradere ratione, ac illam terreſtris ranae conſcripſi: vt de internis nunc etiam ranae arboreae partibus agam ordo requirit. Quuum vero illae iisdem ranae terreſtris partibus fere ſint ſimiles, ſuperuacaneum

bin ihnen dergleichen Kleinigkeiten manchmalen zu vergeben, damit ſie nur im Hauptwerk der Natur genau folgen.

Wann der Laubfroſch Beute machet ſo verfähret er eben ſo wie der Grasfroſch; doch iſt jenem luſtiger zuzuſehen. Er lauſcht nämlich auf ſelbige, gleich einer Katze welche eine Maus fangen will, wobey er diejenige Stellung macht, in welcher wir ihn in der 3. Figur ſehen, woſelbſt er auf die oben auf dem Gewächs ſitzende Libelle lauret; wenn er nun aber ſeiner Beute gewis zu ſeyn glaubet, ſo fähret er auf ſelbige gleich einem Blitz zu, wobey er denn öffters über einen Schuh weit in die Höhe oder Länge ſpringet, und ſodenn mit ſeiner klebichten Zunge die Beute erhaſchet und verſchlinget. In Anſehung der grünen Farbe, iſt bey den jungen Laubfröſchen ſowol, als bey den alten, immer einige Veränderung wahrzunehmen; indem ſie alle fünf bis ſechs Tage anderſt erſcheinen, und man, wenn etliche derſelben in einem Gefäs beyſammen ſind, auch an einem und dem nämlichen Tag, dieſe Verſchiedenheit beobachten kan, welches aber eben auch, wie ich bereits oben geſaget habe, von ihrer öfftern Häutung herkommet.

Sonſten wird dem Laubfroſch auch noch die Kraft zugeſchrieben, daß durch ſelbigen das Schwitzen der Hände, welches manchem ſehr beſchwerlich iſt, vertrieben werde. Es wird daher dergleichen Perſonen angerathen, daß ſie in jeder Hand ſo lange einen Laubfroſch tragen ſollen, bis ſelbiger endlich ſtirbt; dieſe Wirkung aber ſoll daher kommen, weil der Laubfroſch ein kaltes Geblüte hat. Iſt nun aber die Sache richtig; ſo werden auch andere Fröſche und im Waſſer lebende Creaturen hiezu eben ſo wohl dienlich ſeyn; weil ſelbige gleichfals ein kaltes Blut führen, ob es ſchon wegen ſeiner Bewegung, einen gewiſſen Grad von Wärme haben mus. Ubrigens ſcheinet der Laubfroſch unter allen unſern Fröſcharten, wenn ich ſo ſagen darf, der dümmſte zu ſeyn; indem man ihm ziemlich nahe kommen kan, ohne daß er ſogleich ausweichen, oder ſich davon machen ſollte.

decreſcunt, ſic pallidiores ſenſim ſenſimque redduntur. Paucis vt rem dicam, ſimilis mihi videtur ſuperior haec ſuperficies tabulae cuidam geographicae, praeter maiores quasdam inſulas, minores, innumeras vero minimarum referenti: ſingulae namque maculae margine cinguntur ſaturatiore, ipſae uero aliis rurſus ſcatent minoribus pallidis, forma magnitudineque inaequalibus. Notantum inſuper eſt, omnes haſce maculas, poſt tempus quo bufones hi coire ſolent, et diſtinctiores, et magis eſſe conſpicuas. In nonnullis horum bufonum comparent quoque, prope crurum articulos, inque corporis lateribus, puncta quaedam maculaeque floride aurantii miniaceique coloris, et numero et magnitudine variae. Quod vero reliquum eſt, aeque laeuis exterior eſt cutis ac terreſtri in rana, neque, vt in vulgari terreſtrique bufone, verrucis aſpera.

Quemadmodum vero digiti poſteriorum pedum, omnium hactenus a me deſcriptarum ranarum, membrana quadam junguntur, natationem faciliorem reddente: ſic et noſter, ea minime caret, bufo; ab aliis autem, praeter jam dicta, ſaltu etiam differt in terris majore; nec non vngue quodam ſpurio, corneae duritiei, poſterioribus pedibus *Fig. 1.* et *2. g g* ſubter calcem adhaerente; inſuper vero prae reliquis, mihi cognitis, ranarum bufonumque ſpeciebus, hoc fere ſolus habet, vt oculorum ſuorum pupilla contracta, non transverſe, vt in reliquis, ſed ad perpendiculum fiſſa appareat, ceu in felibus bubonibusque, aeque, ac bufo noſter, lucis radios auerſantibus. Atque hinc eſt, quod pupilla bufonis hujus in tenebris orbem nigrum, vt in foemella *a fig. 1. Tab. XVII.* clara vero in luce, tenuem nigramque ad perpendiculum ductam referat lineam, vt *fig. 1* in maſculo, in vtroque vero *fig. 2. h h.*

Edit maſculus huius ſpeciei bufonum clamorem quoque, tempore praeſertim quo coitum anhelat, crebriorem. Parum tamen ipſi ineſt gratiae: nunc enim ranae terreſtris imitatur grunnitum; nunc autem ad modum ranae arboreae coaxat; ſed dum clamat, neque ad latera capitis vlla cernitur veſica, vt in rana aquatica, neque etiam, vt in rana arborea gulam inflat. Contra vero grunnit tantum foemella ſuum inſtar; quodſi tamen ejusdem crus forcipe forte arripias, aeque ac maſculus, tenerae felis inſtar, miſerrime eiulabit, ſimulque tetrum illum allii ſparget odorem.

Coeunt bufones hi, verno tempore, pro tempeſtatis conditione, citius tardiusue, quumque ſub veris anni 1754 initium, ſingulis fere diebus, nonnulli eorum mihi afferebantur, ſexto ejusdem menſis die, quosdam obtinui, quos generationis negotium copulauerat; quum vero maſculus foemellam in regione lumborum prope crura poſteriora amplexu ſuo tenebat, inſolita prorſus copulatio haec mihi videbatur. Seiunxi hinc eosdem iteratis vicibus, ratus, ſingularem hunc coitum a maſculo minore ex nimia exerceri libidinem, quod, propter breuiora anteriora brachia, foemellae thoracem amplecti non poterat; licet autem illas crebrius ſeparaſſem, eadem tamen ſemper ratione maſculus denuo arripuit foemellam, tandem vero et reliquos meos bufones ſimilem in modum coire vidi. Quo magis

Grundfarbe, von einander abgeſondert; die auf den Kopf und an den vier Schenckeln befindlich ſind, können auch allerdings noch zu den groſſen gerechnet werden, und die an den Seiten nehmen, wie an der Gröſſe, ſo auch in Anſehung der Farbe nach und nach ab, indem ſie immer blaſſer werden. Kurz es kommet mir dieſe Oberfläche unſerer Kröte wie eine Landcharte für, auf welcher nebſt einigen groſſen Inſeln, auch viele kleinere und noch mehr ganz kleine vorgeſtellet werden: denn alle Flecken haben eine dunckiere Einfaſſung, und in ſelbigen zeigen ſich wiederum einige helle Fleckiein von ungleicher Form und Größe. Doch iſt auch noch zu mercken, daß ſich alle Flecken nach der Laichzeit ſtärcker, als vor ſelbiger, zeigen. Auſſer dieſen braunen Flecken, ſind auch noch, an einigen dieſer Kröten, um die Gegend wo die Schenckel ihre Einlenckung haben, an den Seiten des Leibes, etliche hoch oranien- oder mennigfarbe Puncte und Flecklein zu bemercken, deren Anzahl und Gröſſe ungleich iſt. Ubrigens iſt die äuſſere Haut faſt eben ſo glatt, als an dem Grasfroſch, und gar nicht ſo blattericht wie an der gemeinen Landkröte.

Wie aber alle bisher von mir beſchriebene Froſcharten, an den hintern Füſſen eine Haut haben, vermittelſt welcher die Zehen derſelben mit einander verbunden ſind, und ihnen das Schwimmen erleichtert wird: ſo mangelt ſolche auch an unſerer Kröte nicht; von andern Kröten unterſcheidet ſie ſich aber, auſſerdem was bereits gemeldet worden, nicht nur alleine durch ihre gröſſere Sprünge, welche ſie auf dem Land zu machen pfleget, ſondern auch noch durch eine beſondere hornharte Afterklaue, welche an ihren hintern Füſſen an der Ferſe *Fig. 1.* und *2. g g*, ſtehet. Auch iſt ihr vor allen andern mir bekannten Froſch- und Krötenarten dieſes alleine eigen, daß ſich, der ſo genannte Seher, in ihren Augen, wenn ſie ſelbigen zuſammenziehet, nicht nach der Quere wie bey den andern, ſondern ſenckrecht getheilet zeiget, wie bey den Kazen und Eulen, welche eben auch, gleich unſerer Kröte, das Tageslicht ſcheuen. Dieſemnach zeiget ſich der Seher oder der Stern im Auge an unſerer Kröte, im Dunckeln, zirckelrund, wie an dem Weiblein *a Fig. 1. Tab. XVII.* im hellen Licht aber als ein ſenckrechter ſchmaler Streif, wie *Fig. 1.* am Männlein und *Fig. 2. h h.* an beeden.

Das Männlein dieſer Krötenart läſſt auch einen Laut von ſich hören, den man zur Paarungszeit am häuffigſten vernimmt. Es iſt ſelbiger eben nicht angenehm, und bald gleichet er dem Geſchrey des Grasfroſches, bald aber dem Quacken des Laubfroſches. Indem es aber ſelbigen von ſich giebt, kan man weder an den Seiten des Kopfes, eine Blaſe, wie an dem Waſſerfroſch, noch auch an der Kehle, wie an dem Laubfroſch wahrnehmen. Das Weiblein hingegen grunzet nur nach der Schweine Art; wenn man es aber mit einer Zange an einem Fus ergreiffet, ſo ſchreyet dieſes ſowohl als das Männlein, gleich einer jungen Kaze auf das erbärmlichſte, und zu gleicher Zeit wird man auch den widrigen Knoblauchgeſtanck ſehr ſtarck empfinden.

Es paaren ſich dieſe Kröten im Frühling, nach Beſchaffenheit der Witterung, bald früher bald ſpäter, und da mir zu Anfang des Aprils im 1754. Jahr täglich einige dieſer Waſſerkröten gebracht wurden, ſo erhielte ich auch den ſechſten April etliche, welche ſich gepaaret hatten, mir aber nicht recht gepaaret zu ſeyn ſchienen; weil das Männlein das Weiblein mit ſeinen vördern Schenckeln um die Lenden umfaſſet hatte, und alſo an den hintern Schenckeln veſte hielt. Ich rieſſe ſie etlichemal von einander, und glaubte dieſe beſondere Paarung wäre nur blos der Geilheit des Männleins zuzuſchreiben, weil ſelbiges zu klein wäre das Weiblein, wegen ſeiner kurzen Vorderſchenckel bey der Bruſt zu umfaſſen; alleine ich mogte ſie gleich noch ſo offt von einander ſondern, ſo ergrief doch das Männlein ſein Weib-

lein

http://rcin.org.pl

magis autem coitum hunc mirabar, eo maiore flagrabam cupiditate videndi, quisnam ipsius futurus esset finis, quum vix fieri posse credebam, vt masculus foemellae sit foecundaturus oua, ob amplius inter vtriusque posticam corporis partem intercedens spatium, id quod ex *prima XVII Tabulae* conspicuum fit *figura*, qua par horum bufonum copulatum sistitur foemellaque litteris *aaaaaa*, masculus vero, foemellam ad *d* binis suis brachiis complectens, *bbb* designatur. Prius tamen quam id, quod ardentius optabam, cernebam, plures praeterierant dies. Immiseram bufones copulatos in vitra majora cylindracea, aqua ad medium vsque repleta, quod cum reliquis ranarum speciebus, praesertim vero cum rana arborea, similiter feceram, atque sic eosdem commode ex omni comtemplari poteram parte, id quod diu quoque noctuque sedulo agebam: tandem emittebat, duodecimo Aprilis, foemella quaedam oua sua, reliquis idem etiam non ita multo post facientibus, quum jam per sex octoue dies cum masculis fuerunt copulatae. Sed antequam foemella oua pariebat, nunc in hoc nunc illo in latere abdominis ejus fortem vidi motum; tum vero vitri fundum petebat, hocque facto partem edebat spermatis, vbi dein per quadrantem horae quieuerat, pariebat denuo; atque sic sedecies quin vicies alternis requiescebat vicibus, ita, vt nonnullae post sex tandem, octo, pluresue horas omne suum pepererint sperma. Haec dum fiebant suo non deerat masculus officio: quiescente foemella, quiescebat ipse similiter, vbi vero illa spermatis editura erat partem, atque hinc fundo vasis incumbens crura posteriora explicabat, continuo masculus suum mutabat statum: contrahebat enim corpus suum ea ratione, vt crura posteriora anteriora prope contingerent, atque dorsum ipsius gibberum redderetur, ceu *secunda figura* ad *i* monstrat; hinc vero propius admouebat ani sui orificium ad anum foemellae, quem simul binis posterioribus pedibus adeo constrictum tenebat, vt iisdem sperma e foemellae vtero protracturus videretur: indicant illos in *figura secunda*, modo adducta, litterae *ff*, in qua insuper, vt in praecedenti, foemella litteris *aaaaaa*, masculus vero *bbb* est signatus. Quodsi itaque pars quaedam spermatis e foemellae ano prodibat, quae fere semper non vltra pollicis longitudinem extenditur: eandem masculus binis suis propius coniunctis posticis pedibus tamdiu quasi remorabatur, donec ipsam semine suo aspersisset, simul vero eadem se motabat ratione qua canes coeuntes motari solent; ceterum citius haec quidem peragebantur quam narrantur, atque vbi dein bini bufones momenta aliquot in eodem manserunt statu, diducebat masculus posteriores pedes suos; tum vero in conspectum prodibat sperma ab ipso retentum foecundatumque; hocque facto cernebam, habere portionem hanc spermatis longitudinem pollicis. Foecundata vero ejusmodi parte, quiescebant bini bufones, ad modum *figurae primae* compositi, donec foemella denuo pareret; atque haec fiebant alternatim ad vsque omnem spermatis exclusionem; tum autem finem coeundi faciebant, masculo foemellam dimittente. Durante coitu, pendet sperma, ex ano foemellae, intestini instar pellucido muco plurimisque nigris granis repleti, atque id ipsum cernimus *figuris prima secundaque ccccccc*, ex quibus simul apparet, aequare illud interdum binos longitudine pedes. Quodsi bufo partus tempore libertate sua gaudeat, sperma illius vtplurimum in aquis stagnantibus prope ripam, arundinetis, graminibus aliisue plantis aquaticis adhaerescens deprehendes: hic enim crebrius id ipsum, quam in fundo inueni.

Quem-

lein allezeit wieder auf vorige Weise, und endlich sahe ich, daß sich alle diejenigen, so ich beysammen hatte, auf gleiche Art paarten. Je mehr mich dieses nun wunderte, je begieriger wartete ich darauf, was doch aus dieser Paarung werden würde, indem ich mir nicht vorstellen konnte, wie das Männlein den Laich des Weibleins zu befruchten im Stand seyn sollte, weil ihre beede Hintertheile, bey solcher Paarung, so weit von einander entfernet waren, wie aus der 5. Figur unserer *XVII.* Tabelle zu ersehen, welche ein begattetes Paar dieser Kröten vorstellet, und wo das Weiblein mit *aaaaaa*, das Männlein aber mit *bbb* bezeichnet ist, welches das Weiblein bey *d* mit seinen beden Armen umschlossen hält. Es giengen etliche Tage vorbey ehe ich dasjenige, was ich so sehnlich zu sehen wünschte wahrnehmen konte. Ich hatte die gepaarten Kröten in grosse, und bis zur Hälffte mit Wasser angefüllte Zuckergläser gebracht, wie ich mit den übrigen Froscharten, sonderlich aber mit dem Laubfrosch ebenfals gethan, und also konnte ich sie um so viel bequemer von allen Seiten betrachten, welches ich mir auch so Tags als Nachts auf das ämsigste angelegen seyn lies: endlich fieng den zwölften April ein Weiblein zu laichen an, welchem sodenn die übrigen bald folgten, nachdem sie sechs, sieben bis acht Tage bereits mit dem Männlein gepaart gewesen. Ehe das Weiblein den Laich von sich zu geben begonnen, sahe ich wie sich sein Leib bald auf dieser bald auf jener Seite ausserordentlich starck bewegte, gleich darauf begab es sich auf den Boden des Glases, und alsdenn trieb es einen Theil des Laiches heraus, hierauf ruhete es bey einer Viertelstunde lang, nachgehends aber fieng es wieder an zu laichen, und so arbeitete und ruhete es wechsels weis wol sechzehen bis zwanzigmal, so, daß bey einigen derselben sechs, acht und mehrere Stunden verflossen, bis sie allen Laich von sich gegeben hatten. Das Männlein hielte sich unterdessen nicht beständig stille, sondern wenn das Weiblein ruhete, war es ebenfals ruhig, wenn es aber einen Theil des Laiches von sich geben wollte, und sich deswegen mit ganz ausgestreckten Hinterschenckeln auf den Boden legte, so nahm sogleich das Männlein eine ganz andere Stellung an: es zog nämlich seinen Leib so zusammen, daß die hintern Schenckel die vordern bey nahe berührten, und es einen ganz hockerigen Rucken bekam, wie in der 2 Figur bey *i* zu sehen, eben dadurch aber brachte es die Oeffnung seines Affters ganz nahe an den Affter des Weibleins, an welchem es zugleich die beeden Hinternfüsse so anschlos, daß es schiene als wollte es den Laich aus dem Leib des Weibleins vermittelst solcher heraus ziehen: sie werden durch *ff* erst angeführter zweyten Figur angezeiget, in welcher wieder, wie in der vorhergehenden, das Weiblein mit *aaaaaa*, das Männlein aber mit *bb* bezeichnet ist. Kam nun ein Theil des Laiches aus dem Affter des Weibleins heraus, der selten mehr als einen Zoll, der Länge nach, auf einmal ausmachet: so hielte solchen das Männlein mit seinen zwey sehr nahe an einander stehenden hintern Füssen, gleichsam auf, bis es solchen mit seinem Saamen besprenget hätte, wobey es zugleich fast eben eine solche Bewegung machte, dergleichen man bey denen sich begattenden Hunden wahrnimmt; alles dieses aber geschiehet viel geschwinder, als es zu beschreiben ist, und wenn hernach beede Kröten noch einige Minuten in der nämlichen Stellung geblieben, zog das Männlein seine hintern Füsse etwas aus einander, worauf der vorher von ihm zusamgehaltene und befruchtete Laich, sich auseinander begab, da ich denn auch erst sahe, daß er die Länge eines Zolles hatte. Wenn aber ein solcher Theil des Laiches befruchtet worden, ruheten die beeden Kröten, wobey sie die Stellung der ersten Figur annahmen, bis das Weiblein wieder zu gebähren anfieng, und dieses

http://rcin.org.pl

Quemadmodum vero bufo hic a reliquis ranarum noſtratium ſpeciebus odore allii; pupilla ad perpendiculum diuiſa, vngueque illo ſpurio, in figuris *gggg* ſignato, differt: ita etiam ratione coitus partusque, ſibi ſoli propriis, a ceteris diſcrepat. Quum etiam ſuperius dixerim, reperiſſe me eundem ſemel tantum ipſa in terra; neutiquam hinc, continuo in aquis illam verſari, affirmare volui; ſed petere ipſum interdum quoque terram, omnino ſum perſuaſus.

Non dubito plerosque lectorum meorum fidem mihi eſſe habituros, ſi dixero, fieri ouorum bufonis noſtri mutationem eadem fere ratione, ac illa ouorum trium a me jam deſcriptarum ranarum; ſed quum in ouis ſingularum ſpecierum diuerſi quid notauerimus: haud abs re erit, ſi ſenſim ſenſimque factam horum mutationem ſimiliter narrauero: nam et hic quaedam, quae in reliquarum ſpecierum ouis minus obſeruauimus, occurrent.

Poſtquam itaque die duodecimo Aprilis primum ex bufonibus hiſce obtinui ſperma, augebantur in ipſo contenta nigra grana ſenſim ſenſimque magnitudine, elapſo vero ſecundo tertioque die, forma ipſorum rotunda prorſus erat mutata, ita, vt plurima eorundem die decimo quarto, nec non decimo quinto Aprilis pyro ſimilia eſſent, quemadmodum ex *Tab. XVII.* ad *k* patet. Die decimo ſexto in binas ſecedere videbantur partes *l*, ſic tamen, vt vix dijudicare potueris, vtra harum partium caput caudaue ſit dicenda; ſed inueni poſtmodum, partem craſſiorem eamque ſimiliter bipartitam, in ventrem, alteram vero in caput abiiſſe; ceterum nullus prorſus in gyrinis hiſce percipiebatur motus. Die decimo ſeptimo Aprilis habebant plurimi eorundem formam figurae *m*: atque tunc dignoſci non ſolum caput a ventre poterat; ſed conſpiciebantur quoque bini oculi papillas referentes, nec non caudae pars. Hanc adepti formam, ex glutinoſa illa prodibant materia, in qua hactenus et nutriti et formati fuerant, jam etiam ex crebra corporis agitatione vivere ipſos patebat. Sociam nunc porro amare videbantur vitam, dum ſeſe congregabant; qua vero ratione, omni ſine motu, de loco in locum alterum ſeſe conferrent, nulla ratione perſpiciebam; ſed poſtquam vnam illorum in ejusmodi vitrum, aqua repletum, quo horologia manualia conteguntur, indidi, illumque microſcopio adhibito contemplatus ſum, vidi, ciere eosdem vorticem in aqua, prope caput conſpicuum, vtrum vero eundem oris ope vel alia ad aures apertura excitent, indicare nequeo; adjuuante tamen vortice hoc non ſolum huc illuc ferebantur, ſed vitri lateribus adhaereſcentes ſeſe etiam promouebant. Die duodevigeſimo vndeuigeſimoque Aprilis ambiebat jam omnium horum gyrinorum caudas pinna, cujus ope natare tentabant, ſed initio irrito quidem ſucceſſu: mox enim, vbi ad altitudinem duorum triumue pollicum a fundo vaſis receſſerant, in eundem rurſus languore correpti decidebant. Sociam interim continuabant vitam,

geſchahe wechſelsweis ſo lange, bis es allen Laich von ſich gegeben hatte, womit denn auch die Paarung zu Ende gieng und das Männlein ſeine Gattin wieder los lies. Währender Paarung hängt der Laich am Affter des Weibleins, als ein durchſichtiger mit hellem Schleim und vielen kleinen ſchwarzen Körnern angefüllter Darm, welchen wir, ſo wohl in der erſten als zweyten Figur mit, *ccccccc* bezeichnet ſehen, und der manchmalen eine Länge von zwey Schuhen hat. Iſt dieſe Kröte zur Laichzeit in ihrer Freyheit, ſo wird man dieſen ihren Laich, in ſtehenden Waſſern, gemeiniglich am Uffer, am Rohr, Gras und andern Waſſergewächſen finden, als woſelbſt ich ſolchen öffter als auf dem Grund wahrgenommen habe.

Gleichwie ſich nun aber dieſe Kröte von andern Froſcharten hieſiges Landes, durch ihren Knoblauchgeſtanck; durch den ſenckrecht geſpaltenen Seher ihrer Augen; und durch die in den Figuren mit *gggg* bezeichnete Affterklauen unterſcheidet: ſo hat ſie auch in Anſehung ihrer Paarung und der Art des Laichens etwas beſonderes und ihr alleine eigenes. Wenn ich aber oben geſaget habe, daß ich ſelbige nur einmal auf dem Land angetroffen: ſo behaupte ich deswegen nicht, daß ſie beſtändig im Waſſer ſich aufhalte; ſondern ich glaube vielmehr, daß ſie auch manchmalen auf das Land komme.

Ich kan mir leicht vorſtellen, daß viele meiner Leſer, mir auf mein Wort glauben, wenn ich ihnen ſage, es gehe mit der Veränderung der Eyer unſerer Kröte eben ſo zu, als wie mit den Eyern der bereits von mir beſchriebenen drey Froſcharten; alleine da ſich doch bey jeder derſelben in dieſem Stück etwas beſonderes gezeiget: ſo wird es nicht überflüſſig ſeyn, wenn ich ſolche auch hier beſchreibe, zumalen da bey dieſem Laich ſich ebenfals ein und anders zeigen wird, ſo wir bey jenen nicht wahrgenommen haben.

Nachdem ich alſo, mit dem zwölften April, den erſten Laich von dieſen Kröten erhalten hatte, ſo fiengen die in ſelbigen befindliche ſchwarze Körner an, nach und nach, gröſſer zu werden, bis ſich mit dem zweyten und dritten Tag ihre runde Form völlig verändert hatte, ſo, daß die mehreſten den vierzehenden und funftzehenden April birnförmig, wie *k Tab. XVII.* ausſahen. Den ſechzehenden ſchienen ſie ſich in zwey Theile abzuſondern wie bey *l*, doch ſo, das man noch nicht ſehen konnte, welcher Theil der Kopf und welcher der Schwanz wäre; wiewohl ich nachgehends fand, daß der dickere Theil, welcher ſich wieder in zwey abzuſondern ſchien, den Leib; und der andere den Kopf ausmachte; bisher aber war noch gar keine Bewegung an dieſen Würmern zu mercken. Den ſiebenzehenden April kamen die meiſten, der Geſtalt nach, der Figur *m* gleich: da denn nicht nur alleine der Kopf und Leib deutlich zu unterſcheiden waren; ſondern man wurde auch ſchon der beeden Augen, als erhabener Wärzlein, und eines Theils des Schwanzes gewahr. Unter dieſer Form verlieſſen ſie insgemein den Schleim in welchem ſie ihre bisherige Bildung und Nahrung erhalten hatten, auch fiengen ſie an ihr Leben, durch ſchnelle Krümmung des Leibes zu erkennen zu geben. Sie ſchienen nun ferner ein geſelliges Leben zu ſuchen, indem ſie ſich klumpenweis beyſammen aufhielten, wobey ich nicht ausfindig machen konnte wie es zugieng, daß ſie ſich von einem Ort zu den andern begaben, ohne dabey die geringſte Bewegung zu machen, bis ich endlich eines dieſer Würmlein, in einem Uhrglas mit etwas Waſſer unter das Microſcopium brachte, da ich denn gewahr wurde, daß ſie um die Gegend des Kopfes im Waſſer einen Wirbel machten, ohne jedoch anzeigen zu können, ob ſie ſich hierzu des Mundes, oder einer Oeffnung bey den Ohren bedienten; durch Hülffe eben dieſes Wirbels aber begaben ſie ſich nicht nur von einem Ort zu den an-

http://rcin.org.pl

vitam, atque ore e variis pendebant plantis aquaticis, ipsis nunc etiam pabula praebentibus. Tertia hoc repraesentat figura *q q q*, prope illam vero cernitur ad *n* gyrinus a superficie inferiore, ad *o* autem a latere. Die vigesimo nec non vigesimo primo Aprilis in his quoque bufonibus, vt in ranis supra depictis, ostendebant sese pone caput, vtroque in latere, appendices fimbriatae, quae quidem hic ex fusco flauescunt pedesque fere anteriores mentiuntur. Sistit *figura p*, *Tabulae XVII.* ejusmodi gyrinum in naturali magnitudine, *fig.* vero *1* et *2 Tabulae XVIII* in magnitudine aucta. Monstrat *prima figura* superiorem ejus superficiem, *secunda* inferiorem, in qua etiam os ipsius comparet, multo hic majus quam quidem in aliis gyrinorum speciebus. Exhibet *figura 2* appendices fimbriatas, quales esse solent vbi perfectissimae sunt, figura vero *1 b b* easdem altero in latere jam descrescentes; adsunt enim per breue tantum temporis spacium, tandemque penitus disparent. Quis ceterum eorundem sit vsus hic quoque, vt reliquis in speciebus, iudicare nequeo; quantum autem ab aliorum gyrinorum appendicibus discrepent, facile cuilibet has cum illis comoranti patebit.

Similes erant, trigesimo Aprilis, plurimi gyrinorum meorum, *figurae tertiae*, vnum eorundem a superficie inferiore repræsentanti. Cernebantur jam in capite, quod nunc a corpore distabat, oculi nec non os, caput vero cum corpore albo pellucidoque cingebatur folliculo; mutabatur niger hujus superficei color notabiliter, ipsi vero gyrini jam ab aliquot diebus, eandem non amplius, vt initio, sociam agebant vitam. Circiter diem decimum Maji referebant, colore denuo nonnihil mutato, *quartam figuram*; pinna caudam cingens exporrecta erat per dorsum ad caput vsque, inferius vero emicabat e corpore propendens rectum intestinum *c*, faecibus semper repletum quoad gyrinis pabulum non deerat; quin et harum exserta cernebatur semper pars quædam, in reliquis etiam hujus tabulae figuris littera *c* signata. Licet vero gyrini hi adhuc lenticula palustri, aliisque plantis aquaticis contenti essent, plus tamen earundem indies ipsis erat praebendum: in eam enim nunc excreuerant magnitudinem, vt, non obstante tenera ætate, gyrinum ranæ viridis aquaticæ, in quo pedes sunt prodituri, jam aequarent. Sed augebantur illi majore insuper incremento referebantque, die vigesimo quarto Maji, *figuram quintam*; valde tum simile erat caput ipsorum piscis capiti, pone quod in omnibus, ea in sede, qua piscium branchiæ hiant, albam vesiculam referens, sed sinistro tantum in latere, conspiciebatur eminentia, quae ipso cum gyrino sensim sensimque augescebat. Jam vero mutabam eorumdem pabulum, dum lactucae brassicaeque ipsis praebebam folia, quae valde appetebant, ita, vt diem versus nonum decimumque formam *sextae* haberent figuræ. Quemadmodum vero jam antea inferior eorundem superficies pellucebat, sic jam multo erat pellucidior, adeo vt ipsa intestina, cochleae vel ancorarii funis instar conuoluta, per illam conspicerentur.

Paue-

andern, sondern sie schoben sich auch an den Seiten des Glases in die Höhe. Den achtzehenden und neunzehenden April hatten sie bereits alle mit einer Flosse umgebene Schwänze, da sie sich denn übten, durch Hülfe derselben, im Wasser auf und abzuschwimmen, welches aber im Anfang nicht recht vor sich gieng, indem sie bald wieder ganz krafftlos auf den Boden herunter fielen, wenn sich selbige etwann zwey oder drey Zoll hoch davon hinweg begeben hatten. Auch jezt hielten sie sich noch geselllig beysamen, und hiengen sich mit ihrem Mund an verschiedenen Wassergewächsen an, wovon sie sich nunmehr zu nähren suchten. Dieses zeiget unsere dritte Figur *q q q*, und gleich dabey sehen wir bey *n* ein solches Würmlein von seiner Unterfläche, bey *o* aber von der Seite. Den zwanzigsten und ein und zwanzigsten April kamen auch bey diesen Krötenwürmern, wie an den vorhergehenden Frösscharten, hinten am Kopf, zu beeden Seiten, die gefranzten Anhänge, zum Vorschein, welche hier von gelbbrauner Farbe waren, sonst aber leichtlich, wenn sie nicht genau betrachtet werden, für einen Anfang der vördern Füsse gehalten werden könnten. Die mit *p* bezeichnete Figur der *XVII.* Tabelle stellet einen solchen Wurm in natürlicher Grösse vor, und auf der *XVIII* sehen wir ihn *Fig. 1.* und *2.* vergrössert: *Fig. 1.* zeiget ihn von der obern Fläche, und *Fig. 2* von der untern, in welcher auch hier der Mund erscheinet, der viel grösser als bey andern Arten solcher Würmer ist. Die gefranzten Anhänge sind *Fig. 2. a a* in ihrer grösten Vollkommenheit, und *Fig. 1 b b* ist, sonderlich an der einen Seite, zu sehen, daß sie bereits wieder abzunehmen anfangen, wie sie denn auch würcklich nur eine kurze Zeit bleiben und sich hernach gänzlich wieder verliehren. Wozu sie ihnen aber dienen, weis ich hier eben so wenig, als bey obigen Sorten, anzuzeigen; in wie ferne sie hingegen von diesen ihren unterschieden seyen, wird jeder leichtlich bey Gegeneinanderhaltung derselben, wahrneh-

men.

Den dreysigsten April sahen die mehresten meiner Würmer der dritten Figur gleich, welche einen derselben von der untern Fläche vorstellet. Nunmehr waren, in dem vom Leibe abgesonderten Kopf, die Augen nebst dem Mund zu erkennen, Kopf und Leib aber umschlos eine helle durchsichtige Haut; die schwarze Farbe dieser untern Fläche verlohr sich jezt merclich, und die Würmer blieben schon seit etlichen Tagen nicht mehr so gesellig, wie vorher, beysammen. Bis um den zehenden May erhielten sie, bey etwas veränderter Farbe, das Ansehen der vierten Figur, da denn die den Schwanz umgebende Flosse, sich über den Rucken hin bis an den Kopf erstreckte, und unten sahe man wie durch eben dieselbe, der Mastdarm *c*, aus dem Leib hervorgieng, welcher allezeit, so lange die Würmer an Futter keinen Mangel hatten, mit Unrath angefüllet war, wovon beständig ein Theil heraus hieng, welches auch in den folgenden Figuren durch *c* angedeutet wird. Ob sich nun aber gleich meine Würmer noch mit Meerlinsen und Wasserpflanzen begnügten: so muste ich ihnen doch nunmehr immer mehr davon geben, indem sie bereits so an Grösse zugenommen hatten, daß sie, ungeachtet ihres geringen Alters, einem Wurm eines Grasfrosches, der bereits Füsse bekommet, gleich kamen. Unterdeßen wurden sie noch grösser und hatten mit dem vier und zwanzigsten May die Gestalt der fünften Figur; da aber nunmehr ihr Kopf einem Fischkopf ziemlich ähnlich sahe, so zeigte sich auch, bey allen, hinter demselben, und da wo sonst bey den Fischen die sogenannten Fischohren ihre Oeffnung haben, ein weisses Blasenähnliches Wärzlein *d*, aber nur alleine an der lincken Seite, welches, so wie der Wurm selbst, noch immer nach und nach grösser wurde. Nunmehr fieng

http://rcin.org.pl

Pauebant jam omnia gyrini mei, atque hinc, non ſine magno aquae motu, protinus fundum petebant, ſimulac quicquam prope vitrum cernebant; ſed ea jam illorum erat magnitudo, vt mirarer, crura eorundem poſteriora adhuc latitare; quin expectandum erat per integros duodecim dies, donec comparerent: conſpicabar namque vigeſimo demum Junii die in craſſioris corporis extremo, ad caudae originem, vtroque in latere, leuia horum crurum primordia, quae *ſeptima figura* ad *f* monſtrat, et in qua ad *e* eminentia illa, veſiculam referens, comparet, cujus jam ſupra aliquam feci mentionem. Jam vero inueni in eadem orificium quoddam poſteriora verſus, vnde poſtea turbidam, ore naribusque hauſtam aquam, ſæpius vidi rejectam, ita, vt prorſus habeam perſuaſum, ſimilem in gyrinis hiſce, ac in piſcibus, adeſſe partium conformationem, quippe qui pari ratione aquam, quam ore hauriunt, per branchia reddunt. Erat autem orificium hoc adeo patulum, vt, vbi gyrinum eo in ſitu contemplabar, in quo *octaua* eundem ſiſtit *figura*, ipſam eminentiam, tubulum carnei coloris referentem, introſpicerem. Exhibet eadem etiam figura ad *ff* crurum poſteriorum primordia.

Quum gyrini mei tanto augerentur incremento, quotidie etiam majore pabuli indigebant copia, quumque vaſa, in quibus illos ſeruaueram, eosdem vix amplius caperent, ſemoui partem illorum, viginti tantum in poſterum nutriturus. Arrodebant illi tum lactucae braſſicaeque folia adeo ſtrenue, ut crepitus inde ſubortus ad ſex ſeptemue paſſuum diſtantiam perciperetur; ſcatet quippe os eorum exiguorum quadam dentium ſpecie, quae tamen, vbi in ranas transformantur, ſub oris mutatione perit. Obtinuerant gyrini mei die decimo Julii ſummam, quam adipiſci ſolent, magnitudinem, qua *figura nona* ſiſtuntur, necque reſpuebant tunc priſtinum pabulum; ſed faeces non propendebant amplius e recto inteſtino, vt antea. Os, ſupra quod nares cernuntur, apertum eſt in figura, ita, vt interior illius aliquatenus pateat ſtructura. Oculi iris aureola latior nunc eſt lucidiorque, ea vero in ſede, vbi antea ad *e* ſpiraculum aderat, cernitur tuberculum, quod mihi latentis ſub cute brachii, vel anterioris cruris cubitus, quum altero in latere ſimile jam exſtaret tuberculum, eſſe videbatur. Erant nunc etiam poſteriora crura *f*, quoad formam externam, perfecta: non ſolum enim quinque ſuis inſtructi erant digitis, ſed etiam membrana hos jungente; vtebatur hinc iisdem gyrinus vbi natabat, nec parum juuabat tum eundem cauda, multo major reddita perfectaque. Coloris horum gyrinorum nullam hic feci mentionem, quum, qualis ille ſit, ex figuris pictis facile queat perſpici: addendum tamen eſt, repraeſentari eundem in hujus aeque tabulae, ac in reliquis ſimilium gyrinorum figuris, talem, qualem, vbi gyrini aquis innatant, ſeſe ſiſtit.

Quam-

ich an ihr Futter zu verändern, und ihnen Salat und Krautblätter zu geben, welche ſie ſich ſowohl ſchmecken lieſſen, daß ſie bis den neunten und zehenden May die Geſtalt der ſechſten Figur erhielten. Und gleichwie bey der vorigen Gröſſe ihre Unterfläche ſchon durchſichtig geweſen, ſo wurde ſie nun noch durchſichtiger, ſo, daß man durch ſelbige, die Gedärme gewahr wurde: die gleich einer Schneckenlinie oder einem Anckerthau zuſammgeleget waren.

Nunmehr wurden meine Würmer ſo ſchüchtern, daß, ſobald ſie in der Nähe des Glaſes etwas erblickten, ſie ſogleich mit ſtarcker Bewegung des Waſſers auf den Grund fuhren, wegen ihrer Gröſſe aber, wunderte ich mich, daß ſich noch nichts von den hintern Füſſen an ſelbigen zeigen wollte, und doch muſte ich noch ganzer zwölf Tage darauf warten: denn erſt den ein und zwanzigſten Junii wurde ich zu Ende ihres dicken Leibes, und da wo ſich der Schwanz anfängt, zu beeden Seiten, eines geringen Anfangs dieſer Hinterfüſſe gewahr, wie wir an der ſiebenden Figur bey *f* ſehen, an welcher ſich auch bey *e*, das obengemeldte warzenförmige Bläslein zeiget, worinnen ich nun hinten eine Oeffnung fand, durch welche ich nachgehends, das durch den Mund und die Naſenlöcher eindringende unreine Waſſer, vielmals wieder habe heraus treiben ſehen, ſo, daß ich allerdings davor halte, es ſeye hier bey dieſen Würmern eine gleiche Einrichtung, wie bey den Fiſchen, welche das durch den Mund eingeſchluckte Waſſer, durch ihre Ohren wieder von ſich geben. Dieſe Oeffnung aber war ſo mercklich, daß wenn ich einen ſolchen Wurm in derjenigen Lage betrachtete, worinnen ihn die achte Figur vorſtellet, ich ganz tief in ſelbige hinein ſehen konnte, da ſie denn auch ganz fleiſchfarb und wie eine Röhre ausſahe. An eben dieſer Figur zeigen ſich auch bey *ff* die Anfänge der hintern Füſſe.

Mit ſo ſehr zunehmender Gröſſe, brauchten meine Würmer täglich immer mehr Futter, auch wurde ihnen der Raum in den Geſchirren worinnen ich ſie verwahrte zu enge; eben deswegen aber ſchaffte ich einen Theil derſelben beyſeite, ſo, daß ich nur zwanzig Stück zu meiner Beſorgung aufbehielte. Dieſe nagten nunmehr an den Salat- und Krautblättern ſo ſtarck, daß man ſie an ſelbigen auf ſechs bis ſieben Schritt weit, ganz deutlich ſchrapen hörte, indem ihr Mund mit einer Art kleiner Zähne verſehen iſt, welche ſie aber, wenn ſich dieſer bey ihrer Verwandlung verändert, wieder verliehren. Den Zehenden Julii zeigten ſich meine Krötenwürmer in ihrer vollkommenſten Gröſſe, wie an der neunten Figur zu ſehen, und da lieſſen ſie ſich ihr Futter noch immer recht wohl ſchmecken; doch hieng nunmehr der Unrath nicht in ſolcher Länge, wie vorher, aus dem Maſtdarm heraus. Den kleinen Mund, über welchen ſich die beeden Naſenlöcher zeigen, ſehen wir hier offen, da denn auch ſein innerer Bau in etwas zu erkennen; das Aug hat nunmehr einen breitern goldfarben, und mehr glänzenden Ring als vorher, da aber, wo an der lincken Seite bey *e* die Lufftröhre geweſen, iſt jezt eine Beule, welche mir der Ellenbogen des unter der Haut noch verborgenen Armes oder Vorderfußes deswegen zu ſeyn ſchien; weil auf der andern Seite eben auch eine ſolche Beule nunmehr zugegen war. Ferner haben jezt auch die beeden Hinterfüſſe / ihre völlige Form, indem an ſelbigen nicht nur die fünff Zehen, ſondern auch die Haut durch welche ſie miteinander verbunden ſind, ganz deutlich zu ſehen; daher ſich denn der Wurm derſelben nunmehr beym Schwimmen bediente, welches auch der mercklich gröſſere und vollkommene Schwanz um vieles erleichterte. Von der Farbe dieſer Würmer melde ich hier deswegen nichts, weil ſie aus den gemahlten Figuren

gar

http://rcin.org.pl

Quamuis vero posteriora gyrinorum meorum crura, quoad formam, essent perfecta, crescebant illa tamen, donec tandem elapsis decem diebus, atque adeo die vigesimo Julii, anteriora similiter comparerent, ita, vt eodem in loco, quo *nona* in *figura* cubitum *e* eorundem vidimus, sinistrum primo ex aperturaquadam, ipsa cruris crassitudine non ampliore, atque dein dextrum emergeret. Sequebatur semper sinistrum crus, post sex demum horas dextrum, id quod tamen nonnunqua citius etiam tardiusue fiebat. Retrahebant aliquamdiu iteratisque vicibus crura hæc anteriora per eandem illam aperturam, per quam prodierant, ipsam sub cutem, vt prorsus laterent; sed non ita multo post protendebant ea denuo, ac si ipso hoc motu, cutem qua abscondebantur, quamque cum reliqua erant deposituri, essent faciliore opera remoturi.

Quae sit forma hujuscemodi gyrini quatuor suis pedibus nec non longa lataque cauda instructi, *decima* ostendit *figura*, atque sic similior est singulari cuidam lacertae aquaticæ speciei, vel pisci quadrupedi, quam bufoni: sunt etiam gyrini hi ipsi illi quorum jam supra p. 13. *naturalis hujus Historiae ranarum nostratium* memini, vbi retuli, affirmare SEBAM mutari ranas in pisces: sunt enim ex omnibus ranarum nostrarum gyrinis maximi, atpue vbi pedibus adhuc carent, tantam habent piscium similitudinem vt paupercula gens rusticana eosdem inter pisces referat comedatque: mihi certe nonnulli rustici id erant persuasuri, quumque ipsis indicarem, mutari pipisces hosce, quos speciem capitonis esse putabant, in veros bufones, vehementer sunt mirati.

Erat quadrupedibus hisce gyrinis os aeque paruum et cauda aeque magna, ac illis quos *nona* sistit *figura*; sed obseruabam, haud ita multo post, incipere jam eorundem mutationem. Reddebatur cauda breuior aeque ac gracilior; os contra dilatabatur, ita, vut die vigesimo secundo Julii *undecimae* similes essent *figurae*. Oris dilatationem ipse perficiebat gyrinus continua ejusdem diductione, qua cutem, binas maxillas stringentem, dilacerabat, quam dein ope crurum suorum anteriorum dextre satis remouebat. Erat tum ea oris forma, quam *duodecima* monstrat *figura*, quae hujus speciei gyrinum repraesentat, illo, *Fig. 11*, hinc multo minorem, quod necessario caruerat pabulo: quum enim, vt supra jam dictum est, viginti tantum gyrinis escam praebuerim, reliquos vero semouerim, neglexi hos in angulum quendam repositos, donec, aliud prorsus agens, eosdem rursus conspicarer, vidi vero tunc, miratusque sum, fuisse illos, non obstante quatuor hebdomadum inedia, in perfectos ejusmodi bufones mutatos, cujusmodi vnum *decima quinta* refert figura.

gar wohl zu erkennen; nur mus ich dieses auch anzeigen, daß ich solche in allen Figuren dieser Tabelle, und auch bey den vorigen Arten von dergleichen Würmern, so vorgestellet, wie sie aussiehet, wenn selbige im Wasser befindlich sind.

Ob nun aber gleich die hintern Füsse meiner Würmer welche nun immer weniger Nahrung zu sich nahmen, ihre völlige Form hatten, so wuchsen sie doch noch stets fort, bis endlich nach Verflus von zehen Tagen, und also den zwanzigsten Julii, auch die vordern zum Vorschein kamen, so, daß an eben dem Ort, wo wir in der neunten Figur den Ellenbogen *e* derselben gesehen, erstlich der lincke durch eine nicht grössere Oeffnung, als seine Dicke erforderte, und hernach auch der rechte, hervor brach. Wenn der lincke einmal da war, so folgte der rechte bey den meisten erst innerhalb sechs Stunden, bey einigen geschahe solches aber auch ehender und bey andern später. Eine Zeitlang zogen sie diese ihre Vorderfüsse zu wiederholten malen, durch die Oeffnung, durch welche sie herausgekommen waren, unter die Haut zuruck, so, daß man von selbigen gar nichts mehr sahe; bald aber schoben sie solche wieder heraus, eben als ob sie sich durch diese Bewegung von der Haut, worunter sie selbige verbargen, und welche sie, gleich der übrigen, noch abzulegen hatten, um so viel ehender zu entledigen trachteten.

Die besondere Gestalt eines solchen mit vier Füssen, und seinem noch langen und breiten Schwanz versehenen Krötenwurmes, zeiget uns die zehende Figur, da er denn wircklich mehr einer besondern Wassereidere als einer Kröte, oder auch einem mit Füssen versehenen Fisch gleichet: eben diese Krötenwürmer aber sind auch diejenige deren ich bereits S. 13. dieser natürlichen Historie der Frösche hiesiges Landes gedacht habe, als ich die Meynung des Herrn Seba von den Fröschen so zu Fischen werden, anführte: denn sie sind unter allen Würmern der hiesigen Frösch arten die grösten, und sehen wenn sie noch keine Füsse haben den Fischen so ähnlich, daß sie auch sogar von den armen Leuten auf dem Land dafür geessen werden; wenigstens haben mich einige derselben solches versichert, und sich sehr verwundert als ich ihnen sagte, daß diese ihre vermeyntliche Fische, die sie für eine Art Rozkolben hielten, sich in wahre Kröten verwandelten.

An diesen mit vier Füssen versehenen Krötenwürmern, war nun zwar der Mund noch eben so klein, und der Schwanz von gleicher Grösse, wie an denen, dergleichen die neunte Figur vorstellet; alleine sie fiengen sich bald darauf zu verändern an. Der Schwanz wurde nicht nur kürzer, sondern auch schmäler, der Mund aber erweiterte sich mehr und mehr, so, daß sie also den zwey und zwanzigsten Julii der eilften Figur gleich sahen. Die Erweiterung des Mundes beförderte der Wurm selbst durch beständige Oeffnung desselbigen, indem er dadurch die Haut so die beeden Kiefer bisher verschlossen gehalten zerrieß; auch wuste er sich zu gleicher Zeit, um solche hinwegzuschaffen, seiner beeden vordern Füsse, gar geschickt zu bedienen. Der Mund sahe hierauf so aus, wie er sich in der zwölften Figur zeiget, welche einen dieser Krötenwürmer vorstellet, der viel kleiner ist, als der in der eilften Figur; er ist aber deswegen so klein geblieben, weil es ihm an nöthiger Nahrung gemangelt: denn da ich, wie bereits oben von mir gemeldet worden, nur zwanzig Stuck derselben mit Nahrung versorgte, und die übrigen bey Seite schaffte, lies ich diese in einem Winckel stehen, wurde aber nachgehends derselben wieder von ungefähr gewahr, und sahe mit Verwunderung, daß sie sich, ungeachtet sie vier Wochen lang gefastet, doch auch verwandelt hatten und zu vollkommenen Kröten geworden, von welchen die funfzehende Figur eine vorsteller.

http://rcin.org.pl

Decreſcente ſemel gyrinorum horum cauda, omni ratione omnibusque viribus ex aqua emergere tentabant, id quod illi prae reliquis agébant qui *decimae tertiae* figurae formam habebant, quam plurimi eorundem, die vigeſimo quarto Julii, induerunt; quin quum paullo tardius aliam ipſis pararem habitationem, mortui ſunt, ipſa in aqua, eorum nonnulli: vt ergo reliquos ſeruarem, in alia eosdem immiſi majora vitra cylindracea, quorum fundus terra erat tectus, cui caeſpes incumbebat. Grata eſſe videbatur noua haec habitatio gyrinis meis, quippe jam non ſolum quieſcebant, ſed ſequenti etiam die ſeſe ſub caeſpidem abdebant. Supererat jam parua tantum pars caudae, antea adeo procerae, poſtquam vero haec quoque euanuit, ſimiles prorſus erant, aeque ac *figura decima quarta*, et forma et colore, ſola magnitudine excepta, adulto allium redolenti bufoni; et licet interdiu quieſcerent, noctu tamen multo ſe monſtrabant alacriores.

Nachdem nun einmal der Schwanz an dieſen Würmern kleiner zu werden und abzunehmen anfieng, ſuchten dieſelben immer hefftiger, und endlich gar mit Gewalt, aus dem Waſſer zu kommen, ſonderlich aber diejenigen, ſo der dreyzehenden Figur ähnlich ſahen, in welcher Geſtalt die meiſten den vier und zwanzigſten Julii erſchienen; ja da ich ihnen nicht bald genug einen andern Aufenthalt verſchaffte, fiengen ſie an im Waſſer zu ſterben: um nun alſo dieſem vorzukommen und die noch übrigen beym Leben zu erhalten, brachte ich ſie in andere groſſe Zuckergläſer deren Boden mit etwas Erde bedecket war, worauf oben ein Waſe lag. Dieſes neue Quartier ſchien ihnen viel anſtändiger zu ſeyn, indem ſie ſich nunmehr ganz ruhig und ſtille hielten, und den folgenden Tag hernach völlig unter den Waſſer verbargen. Damalen zeigte ſich nur noch ein kleiner Reſt von ihrem vormaligen groſſen Schwanz an ihnen, und als ſie auch dieſen den acht und zwanzigſten Julii gar verlohren hatten, ſahen ſie, wie die vierzehende Figur, die Gröſſe ausgenommen, ſo der Form als der Farbe nach, einer alten Knoblauchkröte vollkommen gleich, und hielten ſich bey Tage zwar ſtille, waren aber gegen Abend und bey Nacht um ſo viel munterer.

Poſtquam itaque bufones hoſce multo labore educaueram, viſurus eram, vtrum priſtinam ſuam adhuc appeterent eſcam, ſed ignota ipſis eſſe videbantur braſſicae lactucaeque folia, quin auerſabantur illa. Neque arrodebant, quos ipſis porrigebam, maturos hoc anni tempore fructus; quum vero ipſis muſcas, lumbricos minores, aliaque praeberem inſecta, in arripendis illis deuorandisque ſumma vtebantur alacritate, ita, vt bufones hi, aeque ac ranae, lacertae, ſerpentes teſtudinesque nullis veſcantur plantis, nullis fructibus. Quemadmodum vero ſumma inter bufones hoſce juniores adultioresque erat ſimilitudo, ita et alii odorem ſpargendi non deſtituebantur proprietate: protinus enim, vbi eos iniquietabam, feriebat odor ille nares meas.

Da ich dieſe Waſſerkröten mit ſo vieler Mühe bisher erzogen hatte: ſo verſuchte ich nun auch, ob ihnen ihre vorige Koſt noch jezo ſchmeckte; alleine nunmehr ſchienen ihnen die Kraut- und Salatblätter etwas frembdes, ja gar zuwider zu ſeyn, auch lieſſen ſie die zu dieſer Jahrszeit reiffe Früchte, ſo ich ihnen vorlegte, unberühret; als ich ihnen aber Mücken, kleine Regenwürmer und andere Inſecten darbot, ſäumten ſie nicht lange ſolche zu haſchen und zu verſchlucken, ſo, daß alſo dieſe Kröten eben ſo wenig etwas von Pflanzen und Früchten zu ſich nehmen, als wenig andere Frösche, Eidexen, Schlangen und Schildkröten derſelben ſich zur Nahrung bedienen. Gleichwie aber nun meine junge Kröten den alten in allen ähnlich waren, ſo fehlte ihnen auch dieſe Eigenſchaft nicht, daß ſie gleich denſelben einen Knoblauchgeſtanck von ſich gaben: denn wenn ich ſelbige beunruhigte, ließen ſie mich ſolchen bald empfinden.

SECTIONIS IV.

Caput II.

Deſcriptio internarum partium bufonis aquatici, allium redolentis, maculis fuſcis.

Quum gyrini bufonis aquatici allium redolentis, maculis fuſcis, reliquos gyrinos ranarum noſtratium, quemadmodum *XVIII. Tabulam* contemplantes vidimus, magnitudine ſuperent; ſuſceperus eram in vno eorundem, internarum partium examen, ad quod ſingularis illa me impellebat ratio, qua, in his aeque ac aliis ejusmodi in gyrinis, crura anteriora ſeſe conſpectui noſtro primitus ſiſtunt: non enim, ceu vidimus, ſenſim ſenſimque ad modum poſteriorum crurum procreſcunt, ſed prodeunt ſimul ac ſemel, atque vbi comparent, jam quoad ſtructuram perfecta ſunt. Viſurus itaque vtrum ſub cute incrementum ſuum caperent, talem pro examine inſtituendo ſelegi hujus ſpeciei gyrinum, qualem *nona figura XVIII. Tabulae* ſiſtit, eumque non ſolum ſat magnum, ſed cruribus etiam poſterioribus jam inſtructum, anterioribus vero carentem. Diſſecui hunc die vndecimo Julii ea ratione, vt ipſum in inferiore corporis ſui parte in longitudinem aperirem, atque hoc facto cutem muſculoſasque partes ad late-

Des vierten Abſchnittes

Zweytes Capitel.

Beſchreibung der innerlichen Theile der wie Knoblauch ſtinckenden Waſſerkröte mit braunen Flecken.

Weil die Würmer unſerer wie Knoblauch ſtinckenden Waſſerkröte mit braunen Flecken, wie wir auf der *XVIII.* Tabelle geſehen haben, gröſſer als die Würmer anderer Froſcharten unſeres Landes ſind: ſo nahm ich mir vor, auch von dieſen einen ſeiner innerlichen Structur nach zu betrachten. Hiezu bewog mich die beſondere Art nach welcher ſowohl an dieſen, als auch an andern dergleichen Würmern, die vordern Füſſe zum Vorſchein kommen: denn wie wir geſehen haben, ſo wachſen ſie nicht gleich den hintern nach und nach, ſondern ſie zeigen ſich auf einmal, und ſind bereits, wenn ſie ſich ſehen laſſen, der Structur nach vollkommen. Da ich nun alſo ſehen wollte, ob ſie denn unter der Haut nach und nach wüchſen, ſo fieng ich meine Unterſuchung mit einem ſolchen von dieſen Würmern an, der bereits die Gröſſe der neunten Figur unſerer *XVIII.* Tabelle hatte, und alſo mit ſeinen hintern Füſſen ſchon verſehen war, dem aber die vordern noch mangelten. Dieſen öffnete ich den

http://rcin.org.pl

latera aciculis affigerem, poſtquam gyrinum ipſum, acicula per os transmiſſa, jam antea firmaueram. Monſtrat diſſectum hunc gyrinum *figura prima vndeuigeſimae tabulae*. Conſpiciebam protinus, vbi gyrinum hunc aperueram, crura anteriora *a a*, jam quoad formam perfecta, quæ tamen minus perfecta me inuenturum credideram; poenitebat hinc me, quod examen hocce non cum ejusmodi hujus ſpeciei gyrinis inſtituerim qui minores, *figurisque ſextae* nec non *ſeptimae*, *XVIII* Tabulae ſimiles fuiſſent: jam enim hujus magnitudinis gyrini non poterant reperiri. Aſt enim vero reſarciebatur, quod hac vice ob tardius inſtitutum examen perdideram, aliis partibus, quas praeter omnem opinionem, in diſſecto hoc gyrino reperi.

Sed agedum inſpiciamus propius gyrinum noſtrum diſſectum, quem *prima* ſiſtit *figura*. Cernimus ſub anterioribus cruribus *a a* transuerſum ſeptum, quod a thorace abdomen diducit. Super crura anteriora bina majora ſunt tubera *b b*, quae, viuente gyrino, nunc paulum dilatabantur, nunc contrahebantur; de quibus tamen quid ſtatuerem, tum quidem ambigebam. Prope haec conſpicitur ſuperne transuerſa, gracilis nec non duriuſcula pars *c c*, quae mihi, non ſterni creſcentis portio, ſed inferior potius maxilla eſſe videbatur, qua bufo hicce, mutato ore, omnino indiget; vetabat tamen accuratius hujus rei examen, deproperanda teneriorum harum interiorum gyrini partium delineatio, quum breui ſicceſcant. Indicat littera *e* in *figura* hac paruam hepatis portionem, cujus reliqua eaque maxima portio, perinde ac ceterae partes, inteſtinis *d d*, duplicem in gyrum conuolutis, cooperitur; recti vero inteſtini orificium, ſiue anus, ad *f* hiat.

Poſtea vero quam hanc hujus gyrini delineaui iconem, reliquas quoque illius partes contemplaturus, die decimo nono Julii, alium rurſus diſſecui, binis anterioribus cruribus jam inſtructum, quemque *decima figura*, *XVIII Tabulae*, hic vero *ſecunda icon* repraeſentat. Signata hic rurſus ſunt bina crura anteriora litteris *a a*, illa vero pars, quae inferior maxilla eſſe videtur *c c*; ſed longa alia jam erat facies binorum tuberum in priori figura *b b* notatorum, quum cutem qua tegebantur detraxeram: hoc enim facto non ſolum cor, inter illa ſitum, veniebat in conſpectum, ſed bina illa tubera *b b*, nitentes antea cinereoque colore tinctas veſicas referentia, coloris iam erant carnei, nec non obliquas quasdam monſtrabant crenas, ita vt piſcium branchiis prorſus eſſent ſimilia. Repraeſentatur ad *k* ſiniſtra pulmonum veſica, dextra vero ſub hepate *i i* latet. A pulmone propius abeſt lien *l*, rubrum referens globulum; *m* felleam indicat veſiculam, ejusdem quidem formae, ſed majorem nec non ſaturate viridi tinctam colore. Fuiſſe jam gyrinum hunc materno in vtero, vel et in ipſo ſeminali patris vermiculo foemellam, clare ſatis indicant ad vtrumque ſpinae latus poſiti ouiductus *n n*; minus tamen tum conſpiciebatur ouarium cum vtero, ſed tecta erat, ea ipſa in ſede quam bina haec viſcera occupare ſolent, ſpina majoribus quibusdam muſculis *o*. Ventriculus *m p* in ſiniſtro ſemper haerens latere, hic dextrorſum magis vergit, quippe ex naturali ſua ſede, ob inteſtina *q q q* euolata atque e corpore protracta, dimotus. Aequant inteſtina haecce a ventriculo ad inteſtinum rectum *r*, ejusque exterius orificium *f* vsque dimenſa, longitudi-

den eilften Julii ſo, daß ich ſeinen Leib der Länge nach aufſchnitte, und als ſolches geſchehen, die Haut nebſt den fleiſchernen Theilen an den Seiten mit Stecknadeln beveſtigte, nachdem ich den Wurm bereits vorher mit einer derſelben, ſo durch ſeinen Mund geſtecket worden, veſt gemachet hatte. Es zeiget uns dieſen geöffneten Wurm die erſte Figur der *XIX* Tabelle, und das erſte, was ich in demſelben erblickte, waren die zwey vordern Füſſe *a a*, die bereits ihre völlige Geſtalt hatten, welche ich aber minder vollkommen anzutreffen vermuthete, ſo, daß es mich reuete, daß ich dieſe Unterſuchung nicht mit ſolchen Würmern dieſer Art angeſtellet hatte, welche noch jünger und von der Gröſſe der ſechſten und ſiebenden Figur der *XVIII* Tabelle geweſen wären: denn nun konnte ich dergleichen nicht mehr bekommen. Was ich aber durch meine zu ſpat angeſtellte Unterſuchung diesmal verlohren hatte, das wurde durch die Entdeckung anderer Theile erſezet, welche ich in dieſem aufgeſchnittenen Wurm wieder mein Vermuthen antraf.

Wir wollen jezt unſern geöffneten Wurm, nach der erſten Figur, genäuer betrachten. Unter den mit *a a* bezeichneten Vorderfüſſen iſt das, die Bruſt und den Unterleib von einander ſcheidende, Querſell zu ſehen. Ueber den beeden Füſſen zeigen ſich ein Paar groſſer Beulen *b b*, die ſich, ſo lange der Wurm noch lebte, in etwas auf und nieder bewegten, und von denen ich mir nicht ſogleich vorſtellen konnte, was ſie ſeyn ſollten; über dieſen lauft ein ſchmaler, aber etwas harter Theil quer hin *c c*, welchen ich nicht ſo wohl für einen Anfang des Bruſtbeines, als vielmehr für den untern Kiefer hielte, deſſen die Kröte bey Veränderung des Mundes benöthiget iſt, wiewohl ich ſolches ſo genau nicht unterſuchen konnte, weil die noch zarten inneren Theile eines ſolchen Krötenwurms zu geſchwinde vertrocknen, und ich alſo mit Abbildung derſelben zu eilen hatte. Der Buchſtabe *e* zeiget in dieſer Figur einen kleinen Theil der Leber an, deren gröſſerer Reſt, gleich den übrigen Theilen hier von den in einer Schneckenlinie gedoppelt zuſammengelegten Gedärmen *d d* bedecket iſt; und der Ausgang des Maſtdarms oder der Affter iſt bey *f* zu ſehen.

Einige Zeit hernach, da ich dieſen Wurm abgebildet hatte, bekam ich einen Luſt, auch die übrigen innern Theile desſelben zu ſehen, daher öffnete ich den neunzehenden Julii einen andern, der aber bereits die beeden vördern Füſſe hatte, und der zehenden Figur der *XVIII* Tabelle ähnlich ſahe, hier aber in der zweyten vorgeſtellet iſt. Die beeden Vorderfüſſe ſind hier eben wieder mit *a a*, der Theil aber der der untere Kiefer zu ſeyn ſcheinet mit *c c* bezeichnet, und die in voriger Figur mit *b b* bemerkte zwey Beulen haben nunmehr in dieſer ein anderes Anſehen, weil ich die Haut, von welcher ſie bedecket waren, geöffnet: denn hierauf kam nicht nur das zwiſchen ihnen liegende Herz *g* zum Vorſchein, ſondern die beeden Beulen *b b*, welche zuvor zweyen glänzenden grauen Blaſen gleichſahen, zeigten ſich jezt röthlicht fleichfarb, und hatten einige ſchrege vertiefte Einkerbungen, ſo, daß ſie den ſo genannten Fiſchohren vollkommen gleichſahen. Bey *k* iſt die linke Lungenblaſe vorgeſtellet, die rechte aber liegt hier unter der Leber *i i* verborgen. Nicht weit von der Lunge iſt das Milz *l*, als ein kleines rothes Kügelein zu ſehen, bey *m* aber iſt die Gallenblaſe, welche gleiche Form, alleine mehr Gröſſe und eine dunkelgrüne Farbe hat. Daß dieſer Wurm vielleicht ſchon im Eyerſtock ſeiner Mutter, oder im Saamenthierlein des Vatters zu einem Weiblein beſtimmet geweſen, geben die zu beeden Seiten des Ruckgrades liegende Eyergänge *n n* mehr als zu wohl zu erkennen, von dem Eyerſtock hingegen und der Bärmutter war noch nichts zu ſehen, ſondern das Ruckgrad war in der Gegend wo ſonſt

http://rcin.org.pl

gitudine pedem fere: aequalis insuper sunt vsquequaque crassitudinis, nec non, ob faeces quibus scatent, coloris ex fusco viridis.

Prae reliquis vero, quas in gyrino hoc dissecto vidi, partibus, notari merentur bina illa tubera *b b*, piscium branchiis prorsus similia. Memini quidem, me jam, in *Historia ranae terrestris*, de ranarum quaedam dixisse branchiis; sed factum id est occasione branchiarum quas ranis inesse SWAMMERDAMMIVS dixerat, cui equidem hac in re tum minus adstipulabar; sed mutaui non ita multo post, et ante quintae hujus operis plagulae editionem, meam de branchiis hisce sententiam, id quod jam *pag. 19.* indicaui; nunc vero minime dubito, esse non solum hisce, sed reliquis omnibus, bufonum aeque ac ranarum, gyrinis, suas omnino branchias: licet enim pulmonibus jam sint instructi, non tamen his aeque, vbi gyrini formam habentes in aquis morantur, ac illis indigent, quum, perinde ac pisces, branchiarum ope, eo ipso tempore, plus, necessarii adeo ad sustentandam vitam, aeris, quam pulmonibus hauriant. Credens itaque cum SWAMMERDAMMIO, gerere ranarum bufonumque gyrinos branchias, minus etiam refragabor eidem dicenti, succrescere appendices illas fimbriatas, quas in ranarum aeque, ac in his bufonum gyrinis *Tab. XVII. fig. p.* et *Tab. XVIII. fig. 1. et 2.* vidimus, ipsas in branchias: licet enim superius dixerim, ignorare me earundem in gyrinis hisce vsum, hoc tamen vt scriberem hinc est, quod minus cum SWAMMERDAMMIO viderim, *particulam* earundem, *quae subter et intra cutem jam concluſa erat, quoad formam et habitum pristinum aliqua ratione fuisse mutatam.* † Quum vero hic sententiae, cui antea contradixi, assentiar, facile hinc fieri posset, vt *naturalis* haec *mea ranarum historia* nonnullis manca erroribusque referta videatur; hos vero ad eum praefationis meae remitto locum, vbi inter alia haec quoque leguntur: *non refragari me, si opus hoc pro miscellis potius de ranis obseruationibus, quam pro concinna earundem habeatur historia.*

Quaesiui insuper has in gyrinis hisce repertas branchias, non ita multo post, in aliis eorundem, sed incassum; ast enim vero erant hi aetate prouectiores illis, in quibus easdem videram. Quo propius itaque gyrini in bufonem instat transfiguratio, eo magis ipsae decrescunt branchiae, donec tandem prorsus aboleantur. Qua vero hoc contingat ratione, equidem exponere nequeo; ast aboleri easdem, aeque ac sat grandis horum gyrinorum, sine praeuia separatione, euanescit cauda, persuasissimum habeo. Mouet vero hoc ipsum maximam mihi admirationem, quum praesertim sciamus, adesse in quadrupedibus aeque ac ipso in homine, dum in vtero latent, varias similiter partes, quibus, postquam in lucem prodierunt, non amplius indigent; ast non abolentur illae, sed coeunt concrescuntque, ita tamen, vt earundem nunquam non supersint reliquiae, id quod, in foetu, canalis sinus venae portarum in venam cauam hians, nec non ductus arteriosus sanguinem ex arteria pulmonali in aortam effundens, satis superque comprobant, ita, vt superuacaneum foret, si aliarum ejusmodi partium insuper hic fieret mentio. Eundem vero branchias gyrinis nostris, ac piscibus, praestare vsum, cum SWAMMERDAMMIO certo certius credo. licet hic ipse fateatur, *se non potuisse animaduertere, quod branchiae istae ad corporis latera vllis pateant aperturis*, adesse tamen aperturam, vti in *icone septima e* atque *octaua g Tab. XVIII* vidimus,

† Confer sis eiusdem *Biblia Naturae Tom. II. p.* 819.

Leibe zu liegen pflegen, mit starken Musceln *o* bedecket. Der Magen *m p* liegt hier mehr auf der rechten als linken Seite; weil er durch die aus dem Leib gezogene Gedärme *q q q*, aus seiner natürlichen Lage gebracht worden. Diese Gedärme haben, von dem Magen an, bis zu dem Mastdarm *r*, und der äusseren Oeffnung desselben *s*, beynahe eine Länge von einem Schuh, sind auch durchaus von gleicher Dicke, und sehen wegen des in ihnen befindlichen Unrathes braungrün.

Das besonderste was ich nun in diesem geöffneten Wurm gefunden, sind die beeden Beulen *b b*, welche den Fischohren vollkommen gleichsahen. In der Beschreibung des Grasfrosches hab ich zwar schon der in den Fröschen befindlichen Fischohren gedacht, aber nur in so ferne, als Swammerdam dieselbe den Fröschen zugeschrieben, dem ich damalen in Ansehung dieser Fischohren noch keinen Glauben gab; doch wurde ich bald darauf, und ehe ich noch den fünften Bogen dieses Werkes herausgab, eines andern belehret, wie ich auch bereits S. *19.* angezeiget habe, und nunmehr glaube ich, daß nicht nur alleine diese, sondern auch alle andere Frosch- und Krötenwürmer mit solchen versehen seyen, weil, ungeachtet sie zu gleicher Zeit auch bereits Lungen haben, sie dieser, so lange sie noch Würmer sind, und blos im Wasser leben, nicht so wohl bedürfen als der Fischohren, vermittelst welcher sie, gleich den Fischen, die zum Leben nöthige Lufft, zu dieser Zeit mehr, als durch ihre Lungen, erhalten. Da ich nun also mit dem Swammerdam glaube, daß die Würmer der Frösche und Kröten mit Fischohren versehen seyn, so will ich ihm eben auch nicht widersprechen, wenn er schreibet, die gefranzten Anhänge, welche wir, wie an andern Froschwürmern, also auch an diesen Krötenwürmern, *Tab. XVII. fig. p.* und *Tab. XVIII. fig. 1.* und *2.* gesehen, würden zu ihren Ohren: denn wenn ich gleich erst oben gesaget, daß ich nicht anzuzeigen wüste, wozu selbige diesen Würmern dienten, so ist solches doch daher geschehen; weil ich nicht, wie Swammerdam, einen Theil derselben unter und innerhalb der Haut eingeschlossen, und der Form und Gestalt nach verändert gesehen habe. Da ich aber hie etwas annehme, welches ich vorher widersprochen, könnte solches wohl Gelegenheit geben, daß einige diese meine natürliche Historie der Frösche für fehlerhaft und unvollkommen hielten; alleine diese verweise ich auf diejenige Stelle meiner Vorrede, wo ich gesaget habe: daß ich mir es gar wohl gefallen liese, wenn man mein Werk nicht so wohl für eine ordentliche Historie, als vielmehr für vermischte Anmerkungen von den Fröschen halten wollte.

Die in diesen Würmern entdeckte Ohren habe ich nachgehends, in einigen derselben, wieder gesuchet, aber nicht mehr gefunden; alleine diese Würmer waren auch älter, als diejenige, in welchen ich selbige gesehen habe. Je näher also der Wurm seiner lezten Verwandlung in eine Kröte kommet, je mehr verliehren sich die Ohren, und endlich ist von solchen gar nichts mehr da. Wie solches zugehe, kan ich zwar nicht erklären, daß es aber geschehe, bin ich so gewis versichert, als gewis ich weis, daß dergleichen Würmer ihr sehr grosser Schwanz verschwinde, ohne daß er sich von dem übrigen Körper absondere. Hierinnen aber finde ich etwas, so ich nicht genug bewundern kan, zumalen da wir wissen, daß bey den vierfüssigen Thieren, und auch bey den Menschen, so lange sie in der Bärmutter verschlossen sind, ebenfals verschiedene Theile zugegen seyn, welche sie nach der Geburt nicht mehr nöthig haben; alleine sie verliehren sich nicht, sondern sie ziehen sich nur zusammen, und verwachsen, aber so, daß man von selbigen noch allezeit einen Rest findet, wie solches der bey Kindern aus der Höle der Pfortader in die Holader gehende Canal, und der so bey eben denselbigen das Blut aus der Lungenpulsader in die grosse Pulsader führet, genugsam beweisen, so, daß ich also nicht nöthig habe noch andere solche Theile hier ebenfals anzuführen. Daß aber die Ohren unsern Würmern eben dazu dienen, wozu sie den Fischen nutzen, glaube ich so gewis als Swammerdam, welcher jedoch eingestehet, daß er nicht finden können, ob selbige an den Seiten des

* l. c. p. 813.

http://rcin.org.pl

vidimus, ego quidem demonſtraui, licet illam in ſiniſtro tantum repererim latere. Notari etiam meretur, longiora eſſe in gyrinis hiſce inteſtina (*Fig. 2 qqq*) quam quidem in ranunculis vel bufonibus inde natis; quum vero gyrinus tenui tantum nutriatur cibo, ventriculus ipſius non aeque diſtenditur, ac vbi majora corpora quin integra deuorat inſecta, neque etiam, dum gyrini habet formam, veſicae ejusdem pulmonales tam crebro tamque fortiter inflantur; poſtea vero quam in ranam vel bufonem perfectam eſt transformatus, vtrumque fit; tunc autem veriſimile eſt, reddi a partium reliquarum preſſione inteſtina illius non ſolum breuiora, ſed et craſſiora, firmioraque.

Sed contemplemur jam interiores etiam adulti, allium redolentis bufonis partes, quas reliquae *XIX Tabulae* icones repraeſentant, quasque eo delineaui tempore, quo bufones hi coire ſolent, atque partes ad generis propagationem facientes eo diſtinctius in conſpectum veniunt.

Monſtrat *figura tertia*, in bufone maſculo, partes illas, quæ, vbi diſſecatur, protinus conſpiciuntur; monendum tamen eſt, aere a me fuiſſe repletas veſicas pulmonales nec non vrinariam. Cernitur ſuperius ad *f* cor magis pallidum quam in ranis antea depictis. Differunt valde etiam binae veſicae pulmonales *t u*, *t u*, non ſolum enim ea ipſarum eſt magnitudo vt a corde ad rectum vsque pertingant inteſtinum, atque bufonis ventrem ex vtroque fere repleant latere, ſed conſtare etiam videtur ſuperficies earum ex meris ſemirotundis bullis, ſpumam ſapone atque aqua factam, referentibus, illic vero vbi pulmones ampliſſimi ſunt, majores etiam ſunt bullae, ſed quo propius ad extremum atque incuruum accedunt apicem *u*, *u*, eo etiam euadunt minores. Interius caui ſunt pulmones, ſubrotundae vero eorundem bullae tot vacuas referunt cellulas. Pellucent inſuper, atque ob majora minoraque per ipſos affatim diſperſa, ſanguifera vaſa, carnei ſunt coloris. Efficiunt quoque majores hujus bufonis pulmones, vt valde tumeat, ſi haustum retineat ſpiritum; quin ſi aeque notus eſſet ac vulgaris, terreſtris bufo, ortam hinc crederem conſuetam illam loquendi formulam: *tumet bufonis inſtar*. Haeret ſub corde, in icone noſtra, tribus conſtans lobis hepar *vv vv vv*, admodum fuſco tinctum colore. Infra illud cernitur ad *x x* ventriculus, inteſtina cooperiens; quumque hoc in bufone luteae foliaceaeque non deſint appendices, extremi earundem apices litteris *y y* indicantur; veſica vero *z z* vrinae colligendae dicata, ſat ampla eſt profundiusque diuiſa. Non equidem caret bufo hicce veſicula fellea atque ſplene, minus tamen hic conſpiciuntur ob ſitum in quo reliquae in icone hac ſiſtuntur partes, quæ et organa generationis maſculis propria hic contegunt, ita, vt hinc eadem a reliquis ſeparata, *quarta* delineata exhibuerim *icone*.

Siſtuntur in *icone* hac *quarta*, ad *a a b*, renes formam oblongam coloremque carneum habentes. Incumbunt hiſce bini, in bufone hoc, valde exigui nec non pallide flaui teſticuli *c c*. Signatae ſunt litteris *d d d d* foliaceae appendices, citrino potius quam aurantio tinctae colore, neque renibus, ſed ipſis teſticulis adhaerentes. Magnitudine, qua hic repraeſentantur, gaudent tantum generationis tempore, quum alias adeo ſint paruae, vt vix reperiri queant, licet ceterum ipſis in gyrinis admodum magnae compareant. Conſpiciendum ſe praebet in vtriusque renis dorſo tenuis canalis *e e*, *e e*, ad inteſtinum vsque rectum *f f*, decurrens, nec non ipſis ſub teſticulis atque foliaceis appendicibus ſurſum vergens. Eſſe binos hoſce canales veſiculas ſemen continentes, prorſus mihi fit veriſimile: quum enim inteſtinum rectum, cujus hic tantum partem aliquam *f f* ſeruaui, eum in finem diſſecuerim, vt veſicularum ſeminalium orifica, atque adeo veſiculas ipſas inuenirem; aeremque per minora illa foramina ad *g* immiſerim, comparebant protinus bini illi canales *e e*, *e e*: quin licet veſiculas haſce in aliis hujus ſpeciei bufonibus iteratis vicibus quaeſiuerim, ſemper tamen vidi, eſſe iisdem eandem, quam in icone noſtra habent, formam: valde itaque differunt a veſiculis ſeminalibus ranarum priorum, parumque tumet ſedes illa, qua in inteſtino recto hiant.

des Leibes eine Oeffnung hätten, welche ich aber, wie wir aus der ſiebenden Figur *e* und aus der achten *g* der *XVIII*ten Tabelle geſehen, gezeiget, doch nur an der linken Seite gefunden habe. Daß die Gedärme (*Fig. 2. qqq*) in dieſen Würmern viel länger ſeyen, als wenn ſie ſich in einen Froſch oder Kröte verwandelt, iſt auch etwas merkwürdiges; weil aber der Wurm nur lauter zarte Speiſe genieſſet, ſo wird ſein Magen nicht ſo ſehr ausgedehnet, als wenn er anfängt gröſſere Körper und ganze Inſecten zu verſchlingen; auch werden, ſo lange er die Wurmgeſtalt behalt, ſeine Lungenblaſen nicht ſo offt und ſtark aufgeblaſen; beedes aber geſchiehet, wenn er zu einem vollkommenen Froſch oder Kröte geworden, und da mag wohl der Druck dieſer Theile viel dazu beytragen, daß ſeine Gedärme kürzer, aber auch dicker und ſtärker werden.

Doch wir wollen nunmehr auch die inneren Theile einer erwachſenen Knoblauchkröte betrachten, welche uns die übrigen Figuren der *XIX* Tafel darſtellen, und die ich zu derjenigen Zeit abgebildet habe, da ſich dieſe Kröten zu paaren pflegen, um die Theile, ſo zur Fortpflanzung des Geſchlechtes gehören, deſto deutlicher ſehen zu können.

Die dritte Figur zeiget uns aus einem Männlein diejenigen Theile, welche ſogleich, wenn man eine ſolche Kröte öffnet, in die Augen fallen; doch habe ich dabey zu erinnern, daß die Lungen nebſt der Harnblaſe, von mir mit Lufft ſeyen angefüllet worden. Zu oberſt iſt das Herz *f* zu ſehen, welches hier etwas blaſſer von Farbe, als bey den vorhergehenden Fröſchen erſcheinet. Die beeden Lungenblaſen *t u*, *t u*, ſind hier von jenen ihren gar ſehr unterſchieden, indem ſie nicht nur alleine eine ſolche Gröſſe haben, daß ſie ſich vom Herzen, bis zu den Maſtdarm erſtrecken, und alſo den Leib der Kröte zu beeden Seiten faſt ganz anfüllen; ſondern ihre obere Fläche, beſtehet auch, wenn ſie aufgeblaſen ſind, gleichſam aus lauter halbrunden Blaſen, wie ein aus Seiffe und Waſſer entſtandener Geſcht, und da, wo die Lungen am weiteſten ſind, ſind dieſe Blaſen auch am gröſten; je naher ſie aber gegen das einwarts gekrümmte Ende *u*, *u* kommen, je kleiner werden ſie auch. Innenwendig ſind dieſe Lungen hol, und die auſſen erhabene Blaſen derſelben, ſtellen eben ſo viel leere Facher vor. Ueberdem ſind ſie durchſichtig, und die vielen ſo wohl groſſen als kleinen Blutgefaſe, welche ſich durch dieſelben vertheilen, machen, daß ſie ganz fleiſchfarb ausſehen. Wegen der Gröſſe dieſer Lungen kan ſich auch unſere Kröte ſehr ſtark aufblehen, und wenn ſie ſo bekannt wäre, als die gemeine Landkröte, ſo glaubte ich, ſie hatte zu der gemeinen Redensart, er bläht ſich auf wie eine Kröte, Gelegenheit gegeben. Unter dem Herzen iſt in unſerer Figur die aus drey Lappen beſtehende Leber *vv vv vv*, welche der Farbe nach ziemlich braunroth ausſiehet. Unter ſelbiger zeiget ſich der Magen *xx*, hinter welchem die Gedärme liegen. Da auch bey dieſer Kröte die gelben blatterförmigen Anhänge nicht mangeln, ſo zeigen ſich hie bey *y y* die äuſſerſten Spizen derſelben, und die mit Lufft angefüllte Harnblaſe *zz*, iſt ſtarck getheilet, und ziemlich gros. Die Gallenblaſe und das Milz ſind zwar auch in dieſer Kröte zugegen, aber bey der Lage, welche erſt angezeigte Theile in unſerer Figur haben nicht zu ſehen, wie ſie denn auch diejenigen, ſo zur Fortpflanzung des Geſchlechtes gehören, und dem Männlein eigen ſind, bedecken; weswegen ich ſolche in der vierten Figur von ihnen abgeſondert vorgeſtellet habe.

Es zeigen ſich alſo in ſelbiger bey *a a b* die länglichten und fleiſchfärbigen Nieren; auf dieſen liegen die zwey Geilen *c c*, welche bey dieſer Kröte ſehr klein und von hellgelber Farbe ſind. Mit *d d d d* ſind die blätterförmigen Anhänge bezeichnet, welche hier mehr eine citronen- als oraniengelbe Farbe führen, und nicht ſo wohl mit den Nieren, als vielmehr mit den Geilen zuſammen zu hangen ſcheinen; die Gröſſe aber, in welcher ſie hier erſcheinen, haben ſie nur zur Paarungszeit, auſſer ſelbiger aber ſind ſie ſo klein, daß man ſie faſt gar nicht finden kan, ob ſie gleich in den Krötenwürmern ſehr gros erſcheinen. Hinter den Geilen kommet an der Ruckſeite der beeden Nieren, ein dünner Canal zum Vorſchein *e e*, *e e*, der ſich bis in den Maſtdarm *f f* erſtrecket, aber auch unter den Geilen und blatterförmigen Anhängen noch weiter in die Höhe lauffet. Dieſe beede Canale kan ich für nichts anders als für die Saamenbläslein halten: denn als ich den Maſtdarm, von welchem hier nur der Theil *f f* beybehalten worden, in der Abſicht geöffnet, um den Ausgang der Saamenbläslein, und durch ſelbigen ſie ſelbſt zu finden, und in die zwey zarten Oeffnungen bey *g* Lufft einblies, kamen die beeden Canale *e e*, *e e* zum Vorſchein, und ob ich gleich dieſe Bläslein bey mehreren von dieſen Kröten, zu wiederholtenmalen geſuchet, habe ich ſie doch allezeit eben ſo geformt gefunden, wie ſie hier abgebildet ſind, ſo, daß ſie alſo in dieſer Knoblauchkröte ganz anders, als in den vorhergehenden Fröſcharten ausſehen, und der Ort, wo ſie ſich in den Maſtdarm öffnen, iſt ſehr wenig erhaben.

http://rcin.org.pl

In foemella ipſo illo tempore diſſecta, quo cum maſculo fuerat copulata, ſimiles erant interiores partes, poſtquam veſicas pulmonales nec non vterum aere repleueram, *quintae iconi.* Signatum eſt cor littera *h*, *i* fellis eſt veſica, *kkk* hepar, *ll* veſicae pulmonales, *mmmm* ouarium ouis refertum, *nn* pars ouiductuum, *oo* foliaceae appendices, *pppp* vterus aere turgens *qq* ventriculus, *r* lien, *ſſ* tenuia inteſtina, *t* inteſtinum rectum, *uu* vacua collapſaque veſica. Quodſi vero cor, pulmones, hepar, ventriculus atque inteſtina e corpore auferantur, ea eſt vteri nec non ouiductuum, in corpore relictorum aereque repletorum, facies, quam *ſexta in icone* habent. I dicantur orificia ouiductuum, aeque ac in ranis, prope cor reperiunda, litteris *vv vv*; conſtricti ibidem ſunt ouiductus filo, ne aer immiſſus elabatur. Eadem ouiductuum eſt forma atque longitudo ac in ranis, differunt tamen colore pallide flauo, ea vero in ſede qua vtero *zz* cohaerent, expanduntur ipſumque quaſi operiunt, binae enim illae partes *yy*, eiusdem ac ouiductus ſunt coloris, atque in huius tantum bufonis cernuntur vtero, qui hic pinguedine liquefacta perfuſus eſſe videtur. Situm eſt in anteriore vteri parte inteſtinum rectum *t*, cui pars tenuium inteſtinorum *ſ* filo praeſtricta adhaeret. Pone inteſtinum hoc comparet ex parte ouarium vtero incumbens, ouis immaturis repletum; ipſo vero in vtero cernuntur inferius veſtigia impreſſa veſicae, *uu* hic quidem collapſae nec non vacuae, quae in ranis me vidiſſe non memini.

In einem Weiblein, welches von mir zur Zeit, da es im Paaren begriffen geweſen, geöffnet worden, haben ſich die in dem Leib enthaltene Theile ſo gezeiget, wie ſie die **fünfte Figur** vorſtellet, nachdem ich vorher die Lungenblaſen, nebſt der Bärmutter mit Lufft angefüllet hatte. Das Herz iſt hier mit *h* bezeichnet, *i* iſt die Gallenblaſe, *kkk* die Leber, *l* die Lungenblaſen, *mmmm* der mit Eyern angefüllte Eyerſtock, *nn* ein Theil der Eyergänge, *oo* die blatterförmigen Anhänge, *pppp* die aufgeblaſene Bärmutter, *qq* der Magen, *r* das Milz, *ſſ* die dünne Gedärme, *t* der Maſtdarm, und *uu* die leere und zuſammengefallene Harnblaſe. Nimmt man aber das Herz, die Lungen, die Leber nebſt dem Magen und Gedärmen aus dem Leib heraus, ſo zeiget ſich die noch in ſelbigen befindliche Bärmutter mit den Eyergängen, wenn ſie aufgeblaſen worden, ſo, wie ſie die **ſechſte Figur** darſtellet. Die Oeffnung der Eyergänge, welche ſie, wie bey den Fröſchen, um die Gegend des Herzens haben, wird durch *vv vv* angezeiget, und gleich bey ſelbiger iſt jeder Eyergang mit einem Faden zugebunden, damit ſich die eingeblaſene Lufft nicht wieder herausziehe. Die Eyergänge *xxxx* ſind wohl eben ſo lang als bey den Fröſchen, haben auch gleiche Form, aber eine blaſſe hellgelbe Farbe, und da, wo ſie in die Bärmutter *zz* hineingehen, ſcheinet es, als ob ſie ſich ausbreiteten, und ſelbige bedeckten: denn die beeden ausgezackten Flecke *yy*, haben mit den Eyergängen einerley Farbe, und ſind der Mutter dieſer Krötenart alleine eigen, welche dadurch das Anſehen bekommet, als ob ſie mit zerlaſſenem Fett wäre begoſſen worden. Vornen liegt auf dieſer Gebärmutter der Maſtdarm *t*, an welchem noch ein Theil der dünnen Gedärme *ſ* hanget, der oben mit einem Faden zugebunden iſt. Hinter dem Maſtdarm liegt auf der Mutter ein Theil des Eyerſtockes, der mit unreifen Eyern angefüllet iſt, die Harnblaſe aber *uu*, welche hier leer und zuſammengefallen erſcheinet, macht bey dieſer Kröte in die Bärmutter einen beſondern Eindruck, den ich bey den Fröſchen nicht wahrgenommen habe.

Quod ad vſum internarum harum attinet partium, de eo quidem jam non ſum expoſiturus, quum id in hiſtoria ranae terreſtris fuſius egerim. Quemadmodum vero ſtructura ab hujus internis partibus admodum differunt, ſic et ſceleta haud mediocrem monſtrant diſcrepantiam. Quodſi enim ſceleton ex foemella majori deſumtum bufonis noſtri, *ſeptimaque icone XIX Tabulae* repraeſentatum, conſideremus, facile patebit, habito ad commenſum reſpectu, multo hic breuiora eſſe quatuor crura, quam quidem in ranis fuere, licet ceterum oſſa, quibus conſtant, quoad numerum et formam, vtrimque congruant. Scabra eſt caluaria *A*, perinde ac maxilla ſuperior, ob minimos aculeos, quibus ſcatent, retrorſum ſpectantes. *BB* bina ſunt foramina in quibus oculi ſuam habuere ſedem. *C* eſt gracilioris ſtructurae maxilla inferior, quae aeque ac in ranis, nullis conſita eſt denticulis, quales in ſuperiore cernuntur. *D* prima eſt vertebra, qua ceruix conſtat. Reliquae octo vertebrae vtroque in latere apophyſi ſunt inſtructae, coſtae vices ſubeunte, nec non, in tribus prioribus, quam in reliquis, longiore. Magna atque angularis in binis ſcapulis *E E* eſt inciſura; committitur cum ſcapulis hiſce, ad angulum minus acutum, os, in quod humerus *H* inſeritur. Excipit hoc vtroque in latere aliud rurſus os *F*, inter vtrumque vero ſternum *G* conſpicitur. Hæc vt clarius pateant, *octauam* addidi *figuram*, monſtrantem quae huius ſceleti in pectoris regione ſit facies. *P P* binae ſunt clauiculae parum incuruae, *HH* oſſium humeri commiſſurae, *F F* bina ſunt oſſa palae formam habentia commiſſuram hanc, ac ſi binae aliae eſſent clauiculae, firmantia, *G* vero os ipſum eſt pectoris. Terminatur ſpina ad os coxae ſi gularis prorſus formae: non ſolum enim ex binis quaſi vomeribus *II* compoſitum eſſe videtur, ſed habet etiam caudam, quam os coccygis format, magnitudine vix dimidiam partem oſſis coccygis ranarum aequantem. Agglutinata quaſi inferius ſunt, huic oſſi coxae cum vltima vertebra juncto, bina illa cornua *L L*, quae ad *M* coeunt atque os furcae ſimile efficiunt, quaeque in bufone carnibus cuteque tecto, ita cum reliquis nectuntur partibus, vt libere queant moueri; atque hinc non ſolum in coitu gibberum maſculi redditur dorſum, ſed poteſt ille etiam ani ſui orificium ad anum foemellae propius admouere. Tandem etiam in ſceleto hoc notari meretur ſingularis quidam ſpuriusque vnguis, quem, quum in *ſeptima figura* cerni nequeat, *nona* ad *O* repraeſentaui *icone.*

Was den Nutzen dieſer inneren Theile anbelanget, ſo habe ich mich mit Erklärung derſelben nicht aufzuhalten, weil ich ſolchen in der Hiſtorie des Grasfroſches genugſam beſchrieben habe. Gleichwie ſie aber der Structur nach von dieſes ſeinen innern Theilen unterſchieden ſind: ſo zeiget ſich auch in Anſehung des Gerippes kein geringer Unterſchied. Denn an dem Gerippe unſerer Kröte, welches die **ſiebende Figur** der *XIX* **Tabelle** darſtellet, und von einem groſſen Weiblein genommen worden, iſt zu bemerken: daß die vier Schenkel nach Proportion um vieles kürzer als bey den Fröſchen ſind, obgleich ſonſten die Knochen, woraus ſie beſtehen, ſo wohl der Structur als Anzahl nach, mit jenen ihren übereinkommen. Die Hirnſchale *A* iſt ſammt dem obern Kiefer ganz rau, weil ſie mit lauter ruckwarts gerichteten zarten Spizen beſezet ſind. *BB* ſind zwey groſſe Oeffnungen, worinnen die Augen geſeſſen. *C* iſt der geſchmeidige Unterkiefer, an welchem, wie bey den Fröſchen, nichts von den zarten Zahnen zu ſehen, womit der obere Kiefer beſezet iſt. *D* iſt das erſte Wirbelbein, welches den Hals ausmachet. Die acht darauf folgende haben an beeden Seiten einen Fortſatz, der die Stelle der Ribben vertritt, und an den drey erſtern länger als an den übrigen iſt. Die beeden Schulterblätter *EE* haben einen ſtarken eckichten Einſchnitt, mit dieſen verbindet ſich unter einem nicht gar ſpizigen Winkel ein anderes Bein, in welches das Schulterbein *H* eingelenket iſt, auf dieſes folget an jeder Seite, nach der Bruſt zu, wieder ein anderes *F*, und zwiſchen beeden ſtehet das Bruſtbein *G*, um ſolches aber deutlicher zu weiſen, habe ich die **achte Figur** noch beyfügen wollen, welche uns zeiget, wie dieſes Gerippe um die Gegend der Bruſt von unten ausſiehet. *PP* ſind die beeden etwas gekrümmten Schlüſſelbeiner, *HH* iſt das Gelenke der Schulterbeine, *FF* ſind zwey ſchaufelförmige Beine, ſo dieſes Gelenke, gleich noch zweyen Schlüſſelbeinen, beveſtigen helffen, *G* aber iſt das eigentliche Bruſtbein. Das Ruckgrad endiget ſich an dieſem Gerippe mit einem ganz beſonderen Hüfftbein, welches nicht nur gleichſam aus zwey Pflugſchaaren *II* zu beſtehen ſcheinet, ſondern auch noch einen Schwanz hat, den das Steisbein machet, welches um die Hälffte kürzer als bey den Fröſchen iſt. Unter dieſem Hüfftbein, welches mit dem lezten Wirbelbein zuſammen hanget, ſind die beeden Zacken *L L*, welche bey *M* mit einander verwachſen ſind, und ein einiges gabelförmiges Bein ausmachen, gleichſam angeleimet, in der Kröte aber die noch mit Haut und Fleiſch verſehen iſt, ſind ſie beweglich, weswegen denn auch das Männlein bey der Paarung einen hockerigen Rucken machen, und ſeinen Affter ganz nahe zu dem Affter des Weibleins bringen kan. Endlich iſt auch noch an dieſem Gerippe die beſondere Affterklaue zu bemerken, welche, weil wir ſie in der **ſiebenden Figur** nicht ſehen können, in der **neunten** bey *O* von mir vorgeſtellet worden iſt.

Finis Hiſtoriae bufonis allium redolentis.

Ende der Hiſtorie der Knoblauchkröte.

http://rcin.org.pl

A. B. Roesel fecit.

HISTORIA NATVRALIS
RANARVM NOSTRATIVM.
SECTIO V.
BVFO TERRESTRIS, DORSO TVBERCVLIS EXASPERATO, OCVLIS RVBRIS.

Oder

Die Natürliche Historie
Der Frösche hiesiges Landes.
Fünfter Abschnitt.
Die blatterichte Landkröte mit rothen Augen.

CAPVT I.

Bufonis terreſtris, dorſo tuberculis exaſperato, oculis rubris, generatio nec non reliquae proprietates.

Indicaui in praefatione operi huic praemiſſa, binos tantum notos mihi eſſe bufones noſtrates: aquaticum alterum, alterum vero terreſtrem; ſed addidi tum, credere me, dari et tertiam quandam his in locis ſpeciem, meque in ea inueſtiganda eſſe occupatum. Neque fruſtra rei huic operam impendi: non ſolum enim hanc; ſed et quartam quandam reperi, atque proin hiſtoriae bufonis allium redolentis addere nunc poſſum, illam trium aliorum: binorum nempe buſonum terreſtrium vniusque aquatici, ex quibus primus nunc proditurus eſt bufo terreſtris, dorſo tuberculis exaſperato, oculis rubris.

Eſt

Erſtes Capitel.

Der blatterichten Landkröte mit rothen Augen Erzeugung und andere Eigenſchafften.

In der Vorrede dieſes Werckes habe ich gemeldet, daß mir nur zwey Kröten unſeres Landes bekannt wären: eine Waſſerkröte und eine Landkröte; daß aber auch noch eine dritte meiner Vermuthung nach bey uns befindlich ſeye, welche ich mich kennen zu lernen bemühete; und in dieſer Bemühung bin ich ſo glücklich geweſen, daß ich nicht nur dieſelbe, ſondern auch eine vierte Art entdecket habe, ſo, daß ich alſo, auſſer der bereits beſchriebenen Knoblauchkröte, noch von dreyen andern, als von zweyen Landkröten und einer Waſſerkröte, umſtändliche Nachricht zu geben im Stand bin: und von dieſen ſoll die blatterichte Landkröte mit rothen Augen die erſte ſeyn.

Y

Es

http://rcin.org.pl

Eſt hæc bufonis ſpecies, inter quatuor illas mihi cognitas noſtrates, notiſſima. Terreſtris bufo hinc dici poteſt, quod magis in terris quam in aquis verſatur, quumque in corporis ſuperficie, prae reliquis buſonibus, plurima monſtrat tubercula puſtulasue majores, prae reliquis etiam bufo dorſo tuberculis exaſperato eſt appellandus, quumque porro ab altero bufone terreſtri, cui oculi pallide flauent, oculis differt rubris, et horum in eo deſignando meminiſſe, me quidem judice, neceſſum erat.

Es iſt dieſelbe unter den vier mir bekannten Arten, unſeres Landes, die gemeinſte. Eine Landkröte kan ſie deswegen heiſſen; weil ſie ſich mehr auf dem Land als im Waſſer aufzuhalten pfleget; und da ſie unter den übrigen am häuffigſten mit vielen Erhöhungen, oder groſſen erhabenen Blattern auf ihrer Oberfläche beſezet iſt, ſo mag ſie auch vorzüglich die blatterichte genennet werden; da ſie ſich aber von der andern Landkröte, welche blasgelbe Augen hat, durch ihre rothe Augen unterſcheidet: ſo habe ich auch dieſer bey ihrer Benennung zu gedencken für nöthig befunden.

Corpus bufoni huic eſt adeo ignauum, curtum arctumque, vt primo ſtatim intuitu, praeſertim vbi quis tardiorem ipſius perſpicit motum, a tribus illis iam deſcriptis ranarum ſpeciebus diſtinctus appareat, atque eadem illa diſcrepantia, quae ranas inter reliquosque eſt bufones, inter aquaticos quoque atque terreſtrem hunc obtinet.

Ihre Leibesgeſtalt iſt ſo plump, kurz und zuſammengeſchoben, daß man ſie gleich beym erſten Anblick, ſonderlich wenn man ihre ungeſchickte Bewegung ſiehet, von den drey beſchriebenen Froſcharten leichtlich unterſcheidet, und ſo gros als der daher entſtehende Unterſchied zwiſchen den Fröſchen und den andern Krötenarten iſt; ſo gros iſt auch der Unterſchied zwiſchen den Waſſerkröten und dieſer Landkröte.

Monſtrat *prima* aeque ac *ſecunda vigeſimae Tabulae figura*, gerere ipſum truncum caput, ſupraque majores oculorum globos bina poſita eſſe tubera, pone illos autem bina alia *ccc* eminere eaque craſſiora, quorum longitudo latitudinem quinquies ſuperat, quaeque variis ſcatent poris puncto vix majoribus, nec non ad pleniorem hujus bufonis characterem conſtituendum omnino pertinere videntur. Puſtlae illae vel tubercula quæ omnem fere bufonis hujus exaſperant ſuperficiem, majora ſunt in dorſo craſſioribusque poſteriorum crurum partibus, quas ſuras dicere poſſis, quam alibi; inferiora autem verſus ſenſim ſenſimque minora euadunt numeroque decreſcunt.

Sie hat, wie ſo wohl die erſte als zweyte Figur unſerer zwanzigſten Tabelle zeiget, einen ſtumpfen Kopf, und über den groſſen Augen ein Paar polſterähnliche Erhöhungen; hinter ihnen aber ſind zwey dicke Wülſte *ccc*, die wohl fünfmal länger als breit, und mit verſchiedenen vertieften Oeffnungen wie mit Puncten beſezet ſind, auch allerdings ein beſonderes Kennzeichen dieſer Kröte abgeben können. Die Pocken oder Blattern womit ſie faſt über und über auf ihrer Oberfläche beſezet iſt, ſind auf dem Rucken und den dicken Theilen der hintern Füſſe, welche wohl Waden zu nennen ſeyn mögten, am gröſten; nach unten zu aber werden ſie immer kleiner, und nehmen nach und nach ab.

Quaternos bufo hicce anterioribus in cruribus, quinos in poſterioribus habet digitos, atque hi membrana quadam nectuntur vltra mediam ſingulorum digitorum partem vix quidem extenſa, bufonum tamen, aquas petentem natantemque, haud parum juuante.

An den vordern Füſſen, führet dieſe Kröte nur vier Zehen, an den hintern aber fünfe, und dieſe lezern ſind mit einander durch eine Haut verbunden, welche ſich zwar kaum bis über die Hälfte jeder Zehe erſtrecket, aber doch der Kröte, wenn ſie in das Waſſer gehet, das Schwimmen erleichtern kan.

Certum quendam bufoni huic colorem eſſe, vix aſſeri poteſt. Id quidem generatim valet, eſſe illum turpem potius quam amoenum, ſin ſpeciatim eundem conſideremus, varium, aeque ac in rana fuſca terreſtri, vixque binos, quibus vnus idemque ſit, hujusmodi reperiri bufones, deprehendemus. Vbi e caueis progrediuntur, in quibus durante hyeme latuerunt, color ipſis eſt ſpurcus fuſcusque; poſtea vero quam cutem, quae lentoris inſtar abſcedit, ſemel iterumque exuerunt, ſinguli

In Anſehung der Farbe, welche dieſe Krötenart führet, läßt ſich nichts gewiſſes beſtimmen: überhaupts zwar kan man ſagen, daß ſolche mehr unangenehm als lieblich zu nennen; insbeſondere aber iſt zu mercken, daß dieſelbe, wie wir bereits auch bey dem braunen Grasfroſch beobachtet haben, verſchieden ſeye, und man ſelten zwey dieſer Kröten finden werde, welche in der Farbe mit einander übereinkommen. Wenn ſie aus den Löchern herfürkriechen in welchen

http://rcin.org.pl

ſinguli fere quoad potiorem differunt colorem, quippe qui nunc oliuae inſtar viret, nunc nigreſcit, nunc cineraceus eſt, nunc vero ex rubro vel flauo fuſceſcit; in quibusdam autem rubent maximam partem tubercula, atque proin hi reliquis aſpectu ſunt gratiores; fit vero hoc ipſum in foemellis fere, id quod ex *prima* atque *ſecunda* apparet *figura*. Praeter rubra haec tubercula diſtinguitur etiam, nunc hic nunc ille, hujus ſpeciei, bufo a reliquis, pluribus paucioribusue, majoribus nec non minoribus, nigris aeque ac ex fuſco rubentibus maculis, nullo ordine poſitis; bina vero illa colli tubera *c c c* vt plurimum ex rubro fuſca ſunt.

Aſt enim vero quemadmodum ſuperior eorundem ſuperficies ſemper fere furua eſt, ſic contra inferior vel pallet, vel ex albo in cineraceum vergit; bini autem oculi, pone quos auris *e* ſignata comparet, in hac bufonum ſpecie colore ſemper micant adeo rutilo, vt auri cum cupro mixti imitentur ſplendorem; ipſa vero iris nunc circulum, nunc, vbi contrahitur, ſciſſuram refert horizonti parallelam.

Noſcitur ex inferiore cineracea ſuperficie cujusnam bufo hicce ſit ſexus: in foemellis namque, multis ſaturatioribus variaeque magnitudinis diſtincta eſt maculis; in maſculis contra vnicolor magis pallidiorque eſt; tempore vero illo quo coire ſolent, differunt etiam maſculi a foemellis, cruribus primo anterioribus *d d Fig. 1 et 2*, tum quidem craſſioribus; dein vero particulis nonnullis cutis cujusdam nigrae in pollice aeque ac proximo ipſi in digito conſpicuis, ſed coitu peracto rurſus euaneſcentibus; notandum tamen inſuper eſt, non tumere tunc temporis, quo nigrae hae adſunt particulae, binos hoſce, vt in aquatica terreſtrique rana, digitos.

Quum bufo noſter in terris plurimum commoretur, nemo mirabitur, reperiri illum prae reliquis, varia magnitudine, in agris hortisque; aſt prodit fere tantum veſperam verſus, quum in caueis profundioribus atque cum telluris ſuperficie parallelis, quas ſibi effodit, diurno tempore lateat, noctu vero inſecta, quibus ſolis veſcitur, quaerat, donec, illuceſcente die, in latebras redeat. Viuit ille vltra quindecim fere annos, atque hinc aequat, quin ſuperat nonnunquam, magnitudine aquaticam ranam; quoniam vero, perinde ac alii bufones, humidiora prae reliquis amat loca, in cellis quoque ſtabulisque inuenitur, atque hinc eſt quod dubitem, vtrum rubeta illa vel bufo cellularis, prout a nonnullis appellatur, ſingularis bufonis ſit ſpecies: quum enim omnes bufones hibernum fugientes frigus in terras, interdumque profundius, intrent, aberrant ſaepius recta a via, vbi, vere ingruente, coitum celebraturi, aquam petunt, ob humitatem enim non tam altiora quam profundiora quaerunt loca, hinc autem fit vt verno tantum autumnalique tempore cum variis lacertis aquaticis in cellis reperiantur; quum et hae, aquas vel latebras quaeritantes, per vias a bufonibus paratas, nullo fere negotio in expetita deferantur loca.

welchen ſie ihr Winterquartier gehalten, ſo führen ſie eine kothigbraune Farbe; wenn ſie aber nachgehends ihre Haut, welche ſie in Form eines Schleimes ablegen, ein paarmal verändert haben, ſo hat immer eine, eine hellere oder dunklere Grundfarb, als die andere, indem ſelbige bald olivenfarb, bald ſchwärzlich, bald grau, bald aber roth oder gelbbräunlicht ausſiehet, und bey einigen ſind die Pocken gröſtentheils roth, daher denn auch dieſe noch das lieblichſte Anſehen haben; ſonderlich aber pflegt ſich dieſes an den Weiblein zu ereignen, dergleichen unſere erſte und zweyte Figur zeiget. Auſſer dieſen rothen Pocken aber iſt immer eine dieſer Kröten vor der andern, mit mehr oder wenigern, kleinen und groſſen, bald ſchwarzen bald rothbraunen Flecken unordentlich beſezet, und die zwey Wülſte des Halſes *c c c*, ſind gemeiniglich rothbraun.

Gleichwie aber ihre Oberfläche allezeit dunckel iſt: ſo zeiget ſich im Gegentheil die untere hell oder weisgrau, und die beeden Augen, hinter welchen das mit *e* bezeichnete Ohr zu ſehen, ſind an dieſer Art beſtändig ſo ſchön hochroth feuerfarb, daß ſie wie mit Kupfer vermengtes Gold glänzen; der Stern aber im Aug zeigt ſich bald rund, bald aber ſo zuſammen gezogen, daß er nur einen horizontalen Spalt vorſtellet.

Die graulichte Unterfläche giebt uns bey dieſer Krötenart das Geſchlecht zu erkennen: denn bey dem Weiblein iſt ſelbige mit vielen dunckeln Flecken von ungleicher Gröſſe beſprenget; bey dem Männlein hingegen iſt ſie mehr einfärbig hellgrau; zur Laichzeit aber unterſcheiden ſich dieſe von jenen auch noch, erſtlich durch ihre Vorderarme *d d Fig. 1.* und *2.* welche alsdenn ſtärcker als bey den Weiblein erſcheinen, und denn auch durch einige zerſtreute Flecklein einer ſchwarzen Haut, die ſich an dem Daumen und dem zunächſt daran ſtehenden Finger zeigen, nach vollendeter Paarung aber wieder verſchwinden; wobey noch zu mercken, daß zur Zeit, wenn ſich dieſe Flecklein zeigen, die beeden Finger nicht ſo, wie bey dem Waſſerfroſch und Grasfroſch aufgeſchwollen ſind.

Da ſich unſere Kröte vornehmlich auf dem Land aufhält, ſo iſt es auch kein Wunder, daß man ſelbige häufiger als andere, in den Feldern und Gärten, in verſchiedener Gröſſe antrifft, doch läßt ſie ſich mehr gegen Abend ſehen, indem ſie bey Tag in den Löchern, die ſie ſich tief und horizontal in der Erde ausgräbt, verborgen bleibet, mit dem Abend aber ſolche verläßt und die Nacht hindurch ihrer Nahrung nachgehet, welche aus lauter Inſecten beſtehet, bis ſie der anbrechende Tag wieder ihre verborgene Wohnung ſuchen heiſſet. Sie erreichet ein Alter von mehr als funfzehen Jahren, und wird daher auch ſo gros, und wohl gröſſer, als ein Waſſerfroſch; weil ſie aber überhaupts die feuchten Orte zu ihrem Aufenthalt wie andere Kröten wählet, ſo findet man ſie auch in den Kellern und Ställen, daher ich faſt zweifele, daß die von einigen ſo genannte Kellerkröte eine beſondere Art ſeye: denn da ſich alle Kröten vor der Winterkälte in die Erde, und zum Theil, ſehr tief vergraben, ſo verfehlen ſie vielmahls gegen den Frühling, wenn ſie wegen ihrer inſtehenden Paarung das Waſſer ſuchen, des rechten Weges, indem ſie nicht ſo wohl in die Höhe ſondern mehr in die Tiefe um der Näſſe willen gehen, und eben daher wird man ſie nur im Frühling und Herbſt in den Kellern antreffen, da ihnen denn insgemein verſchiedene Arten von Waſſerenderen Geſellſchaft leiſten, weil dieſe, wenn ſie das Waſſer ſuchen, oder ſich verbergen wollen, durch die von den Kröten gemachte und ausgegrabene Wege, um ſo viel leichter dahin, wo ſie zu ſeyn wünſchen, gelangen können.

http://rcin.org.pl

Quoniam bufones, et prae reliquis noſter, in ſtabulis etiam offenduntur, ſaepius, ſi vaccis vbera tument, ipſos eadem ſuxiſſe accuſantur; quin perhibent ruricolae, ſi quis aeſtate, tempore nocturno, accenſa lucerna, in ſtabula ſit intraturus pecoraque, non tam dormientia quam quieſcentia tantum, viſitaturus, reperturum illum eſſe bufones vaccarum vbera fugentes; licet vero hoc ipſum, nulla nixus experientia, affirmare haud auſim, negare id tamen nollem, quamuis et hoc veriſimile mihi videatur, fieri interdum ſeruarum negligentia, vt vaccae vberum tumore laborent; accuſare vero tum illas, inſontes bufones, haberique ipſis eo facilius fidem, quo vulgatior eſt opinio, venenatos eſſe bufones, prae reliquis vero terreſtrem, dorſo tuberculis exaſperato, quippe qui halitu, ſaluia atque lotio laedere poſſit.

Quod vero ad hoc attinet venenum, fateor, vidiſſe me, bufonem hunc exagitatum, id quod et omnibus ranis ſolenne eſt, ejaculaſſe lotium; fateor etiam vidiſſe me ſuccum album ex binis illis colli tuberibus *ccc* promanantem; vtrum vero hic nec non lotium ipſorum venenatae ſint indolis, aſſerere nequeo; nocere inſuper illum halitu quoque, hinc quidem vix credo, quod, vbi eundem examinaui, vno plures incidi, atque, quo veſicas pulmonales ipſorum probe cernerem, os eorum aperui, tubilique ope in laryngis pone linguam ſiti rimam aerem immiſi, nullo prorſus inde percepto incommodo; hinc autem perſuaſum fere habeo, venenum terreſtris noſtri buſonis, ſi quod habeat, vix illa pollere vi, quam omnes fere ipſi adſcribere ſolent auctores. Quando vero putant, exin ſe probaturos, venenatos eſſe bufones, quod ciconia eosdem minus deuoret, conſentientem me quidem habent, ſi de illis loquantur, qui, quemadmodum bufo allium redolens, tetrum ſpargunt odorem; ſed deuorare ipſam bufonem noſtrum terreſtrem, perinde ac ranas, certus noui: ſaepius namque eosdem cicuri objeci ciconiae, neque vnquam ipſam illos reſpuere vidi.

Quemadmodum itaque reor, bufonis venenum in dubium poſſe vocari; ſic illis minus aſſentior, qui perhibent, ſummum bufonis inimicum araneum eſſe, illumliue, ſi hic propius ad ipſum accedat vel ipſi impendeat, qlico diſrumpi: tentaui namque rem variis araneis variisque bufonibus, atque hinc, experientia edoctus, aſſerti hujus falſitatem, facile deprehendi.

De bufonite, cujus contra omnia fere venena vim maxime praedicant, inferius plura dicendi dabitur occaſio; jam vero dicam de coitu bufonis noſtri cum rana terreſtri. Legimus in eorum, qui de bufone hoc agunt, ſcriptis, coire illum non tantum cum ſui generis rubeta, ſed et cum rana hortenſi *): atqui verum quidem eſt, parere ranam terreſtrem noſtrumque bufonem vno eodemque tempore, deprehendique bina haecce prorſus diuerſa animalia nonnunquam copulata; ſed parum durat haec ex coeca libidine orta copulatio: ſimulac enim maſculus ſui generis conſpicatur foemellam, derelicta aliena illa, cum hac congreditur; atque hinc nulli dantur Φῦ οβάτραχοι, id quod tamen, qui talia nugantur, nobis ſunt perſuaſuri. Quin docent binorum horum

*) vid. *Schvvenckfeld* Theriothropheum Sileſiae p. 159.

Da man die Kröten, ſonderlich aber gegenwärtige, auch in den Ställen antrifft: ſo werden ſie öfters beſchuldiget, wenn den Kühen die Euter geſchwellen, als hätten ſie dieſelben ausgeſauget, wie denn auch das Landvolck behauptet, daß wenn man im Sommer des Nachts mit einer brennenden Laterne, zu dem nicht ſo wohl ſchlafenden als nur ruhenden Vieh in die Ställe komme, ſo werde man die an den Kühen ſaugende Kröten antreffen; alleine, wenn ich gleich dieſes aus der Erfahrung nicht behaupten kan, ſo will ich es doch auch nicht laugnen, ob es ſchon auch möglich ſeyn könnte, daß die Mägde, wenn ſie durch ihre Nachläßigkeit zu dem Verſchwellen der Euter Gelegenheit geben, zu ihrer Entſchuldigung die Kröten anklagen, da ſie denn um ſo viel ehender Glauben finden, je allgemeiner die Meinung iſt, daß die Kröten, und ſonderlich die blatterichte Landkröte, vergifftet ſeyen, und die lezere mit ihrem Hauch, Geiffer und Harn alles vergifften könne.

Was nun aber den Gifft dieſer Kröte anbelanget, ſo mus ich zwar geſtehen, daß ich ſelbſt geſehen habe, wie ſie, wenn man ſelbige verfolget, ihren Harn von ſich ſprize, gleichwie auch alle Fröſcharten zu thun pflegen; auch habe ich geſehen, daß ſie aus den beeden Wülſten *ccc* ihres Halſes eine weiſſe Feuchtigkeit von ſich gegeben; ob aber dieſe, nebſt ihrem Harn, vergifftet ſeye, kan ich nicht ſagen. Daß ſie aber mit ihrem Hauch vergiffte, glaube ich deswegen nicht, weil ich bey meiner mit ihr angeſtellten Unterſuchung mehr als eine lebendig aufgeſchnitten, und um ihre Lungenblaſen recht ſehen zu können, ihnen den Mund geöffnet, und ſolche vermittelſt einer Röhre durch die hinter ihrer Zunge befindliche Oeffnung der Lufftröhre Lufft eingeblaſen habe, ohne daß ich nur im geringſten etwas widriges davon empfunden hätte, und daher ſollte ich meinen, daß, wenn unſere Landkröte ja etwas gifftiges bey ſich führet, ihr Gifft doch lange ſo ſtarck nicht ſeye, als er insgemein von den Scribenten angegeben wird. Und wenn ſie zum Beweis des Gifftes den die Kröten bey ſich führen, den Storch anziehen, als welcher keine Kröte, wie ſie melden, freſſen ſoll: ſo gebe ich ihnen ſolches in Anſehung derjenigen, welche, gleich unſerer Knoblauchkröte, einen Geſtanck von ſich geben, zwar zu, daß er aber unſere Landkröte wie die Fröſche verſchlucke, kan ich daher behaupten, weil ich dergleichen einem zahmen Storch öfters vorgeworffen habe, der ſich ſolche ſowohl als die Fröſche ſchmecken laſſen.

Wie ich aber an dem Gifft der Kröte noch in etwas zweifle, ſo gebe ich auch denjenigen keinen Glauben, welche uns bereden wollen, die Spinne ſeye der Kröte ein ſo gefährlicher Feind, daß ſie ſogleich, wenn ſie ſich etwann in ihrer Nachbarſchafft befindet, oder die Spinne über ihr zu hangen komme, zerplazen müſſe: denn die Erfahrung, nach welcher ich mit allerley Arten von Spinnen und Kröten Verſuche angeſtellet, hat mich von der Unwahrheit dieſes Vorgebens überzeuget.

Von dem Krötenſtein, welcher gegen alle Arten von Gifft, groſſe Krafft beſizen ſoll, werden wir unten zu reden beſſere Gelegenheit finden; jezt aber will ich etwas von der Paarung unſerer Kröte mit dem Grasfroſch melden. Man findet nämlich in den Schrifften derer die von dieſer Kröte handeln, daß ſie ſagen, es paare ſich dieſelbe nicht nur mit ihres gleichen, ſondern auch mit dem Grasfroſch, nun iſt es zwar wahr, daß die Grasfröſche mit dieſen Kröten zu einer Zeit laichen, und man alſo dieſe beede, ſonſt von einander ganz unterſchiedene Creaturen manchmalen gepaaret antreffe; alleine dieſe Paarung, welche nur blos aus blinder Geilheit geſchiehet, dauert nicht lange, und ſo bald das Männlein ein Weiblein ſeiner Art erblicket,

http://rcin.org.pl

horum animalium fœtus cõtrarium quoque, quemadmodum enim terreſtres ranæ bufonesque cum ſui ſimilibus vno eodemque tempore generationi operam navant: ſic etiam ipſorum vno eodemque tempore excluduntur foetus, atque hinc Iunio Iulioque menſibus, magna illorum in terris reperitur copia; ſed poſſunt ab inuicem facile diſcerni, neque vllum vnquam inter illos nothum inuenies ranunculum.

Quemadmodum autem bufo noſter cum rana terreſtri generationis opus nullatenus exercet: ſic & cum aliis bufonum ſpeciebus eundem ob finem minime copulatur, id quod, a me propte rea inſtitutis cognoui experimentis. Non enim, quod primum eſt, omnes vno eodemque tempore coeundi flagrant libidine, quum nonnullae ſpecies duobus menſibus tardius quam aliae eadem capiantur, licet ceterum ſimiles fere videantur; dein modus quoque diſcrepat coeundi: quemadmodum enim ex hactenus dictis apparet, non amplectuntur omnes horum animalium maſculi foemellas ſuas eadem ratione: accedit huc quod interiorum ad generationem pertinentium partium ſtructura in ſingulis fere ſpeciebus differat, nec non quaelibet earum certo ſibique proprio modo oua ſua pariat.

Quod vero ad ipſum Bufonis noſtri attinet coitum, eundem quidem quotannis verno celebrat tempore, ſed fit ille, pro tempeſtatis ratione, nunc citius nunc vero tardius, atque hinc eſt, vt hoc anno jam menſe Martio, alio vero Aprili demum illos copulatos inuenias. Quum vero bufo noſter in terris magis quam in aquis verſetur, non ſemper maſculus foemellam in aquis it quaeritatum, ſed vbi illam generationis tempore in terra offendit, confeſtim illi aſſilit, atque hinc etiam extra aquas illos ea ratione conjunctos deprehendimus, qua eosdem *Fig.* 1. *Tabulæ XX.* copulatos ſiſtit; ſed licet foemellae gravius tum ferendum ſit onus, ſemper tamen aquas petit; coire vero illos ipſis etiam in aquis, vt hic indicem, vix eſt neceſſum.

Bufones, quos modo citata icone depictos exhibeo, non quidem ex majoribus ſunt vel annoſioribus, licet forte jam quinque habuerint annos; quum vero prae aliis viuidioribus exornati eſſent coloribus, prae aliis etiam eosdem depingere malui. Maſculus heic quidem foemellam eadem ratione videtur amplecti anterioribus cruribus *d*, qua rana terreſtris foemellam ſuam ipſo in coitu amplecti ſolet, aſt non extendit brachia ſua ad foemellae pectus vsque; ſed adigit illa, ceu rana arborea ſolet, in foemellae alas ita, vt ipſorum digiti minime conſpiciantur. Quamuis vero ſic copulati bufones octo decemue dies in aquis commorentur, antequam foemella oua ſua pariat maſculusque eadem foecundet, ſemper tamen hic illam firmo tenet amplexu; edunt etiam durante hoc tempore, diu noctuque, fereque indeſinenter, ingratum ſuum clamorem, grunnientes vlulantesque ita, vt vbi plures horum bufonum ſimul inuicem vno eodemque ſunt in loco, plures vlulantes te audire credas canes. Sub ipſo vero hoc vlulatu, quem maſculus prae foemella iterat, nulla, neque ad oris latera, neque etiam ſub gula, conſpicitur, vt in aliis ranarum ſpeciebus, inſolens cutis expanſio, nulla veſica.

Quan-

cket, ſo bald läßt es das frembde fahren, und begattet ſich mit dem ſo ſeiner Art iſt, ſo, daß es alſo keine ſo genannten Krötenfröſche giebt, wie diejenige vorgegeben, welche die Paarung des Grasfroſches mit unſerer Kröte behaupten. Es beweiſen ſolches auch die Jungen dieſer Creaturen: denn wie ſich die alten Grasfröſche und Kröten zu einerley Art mit ihres gleichen paaren, ſo kommen auch ihre Jungen zu einerley Zeit zum Vorſchein, daher man ſie denn im Junio oder Julio in Menge auf dem Land antrift, aber doch, ob ſie gleich noch ſo klein ſind, gar wohl von einander unterſcheiden kan, ohne einigen Baſtart unter ihnen anzutreffen.

So wenig ſich aber unſere Kröte mit dem Grasfroſch paaret: ſo wenig paaret ſie ſich auch mit andern Krötenarten, wie mich die deswegen angeſtellte Verſuche gelehret haben. Denn erſtlich, ſo empfinden ſie nicht alle zu einerley Zeit die Begierde ſich zu begatten, indem ſich ſolche bey einigen Arten um zwey Monate ſpäter als bey andern einfindet, ob ſie gleich ſonſten ziemlich viel Aehnlichkeit mit einander zu haben ſcheinen; hernach aber ſo iſt auch in der Art der Paarung ſelbſt eine merkliche Verſchiedenheit, indem, wie wir bisher geſehen haben, die Umfaſſung dieſer Thiere nicht bey allen auf einerley Weiſe geſchiehet: dazu aber kommt auch noch, daß der Bau der inneren Theile, die zur Fortpflanzung des Geſchlechtes gehören, faſt bey jeder Art anders beſchaffen iſt, und auch jede ihren Laich auf eine ihr eigene Weiſe von ſich giebt.

Was nun aber die eigentliche Paarung unſerer Kröte anbelanget, ſo gehet ſolche zwar alle Jahre im Frühling vor ſich, jedoch geſchiehet ſelbige nach Beſchaffenheit der Witterung, bald früher bald ſpater. Daher man ſie denn auch in manchem Jahr bereits im Merzen, in manchem aber auch erſt im April gepaaret antrifft; und da ſie ſich mehr auf dem Land, als im Waſſer aufhält, ſo ſuchet das Männlein ſein Weiblein eben nicht allezeit im Waſſer, ſondern wenn es, zur Zeit da es ſich zu begatten begierig iſt, etwann eines auf dem Land antrifft, ſo vereiniget es ſich ſogleich mit ſelbigem, und daher findet man ſie öfters auch auſſer dem Waſſer, ſo wie ich ſie auf der *XX.* Tabelle Fig. 1. vorgeſtellet habe, mit einander gepaaret; doch eilet ſodenn das Weiblein, ungeachtet der ſchweren Bürde, ſo ſelbiges zu tragen hat, allezeit dem Waſſer zu; daß ſie ſich auch ſonſt im Waſſer paaren, iſt faſt nicht zu erinnern nöthig.

Die beeden in erſt angeführter Figur vorgeſtellte Kröten, ſind zwar nicht von den älteſten oder gröſten, ob ſie gleich ſchon fünf Jahr alt geweſen ſeyn mögen; weil ſie aber für andern mit friſchen Farben gezieret waren, habe ich dieſelben vorzüglich abbilden wollen. Dem Anſehen nach umfaſſet zwar hier das Männlein ſein Weiblein auf gleiche Weiſe mit den vördern Pfoten *d*, wie der Grasfroſch bey ſeiner Paarung zu thun pfleget, alleine es ſtrecket ſeine Pfoten nicht bis auf die Bruſt des Weibleins aus; ſondern es ſezet ſelbige, gleich dem Laubfroſch, unter deſſelben Achſeln ſo veſte an, daß man von den daran befindlichen Zehen gar nichts zu ſehen bekommet. Ob nun aber gleich dieſe, ſo mit einander gepaarte Kröten acht bis zehen Tage im Waſſer zubringen, ehe das Weiblein den Laich von ſich giebt, und ſelbiger von dem Männlein befruchtet wird, ſo wird dieſes doch des Umfaſſens niemals müde; auch laſſen ſie während dieſer Zeit, ſo Tags als Nachts, ihr unangenehmes Geſchrey faſt beſtändig hören, welches nicht nur in einem Grunzen, ſondern auch in einem heulenden Thon beſtehet, ſo, daß wo viele dieſer Kröten beyſammen ſind, es eben ſo lautet als ob etliche Hunde zugleich heuleten. Bey dieſem Geſchrey, welches

http://rcin.org.pl

Quantum operae ea in re poſui, vt viderem, qua ratione foemellae ranarum, quarum hactenus dedi hiſtoriam, oua ſua parerent maſculique eadem fœcundarent; tantum eandem ob rationem nouaui etiam, in obſeruandis hiſce bufonibus, atque hoc meo ſtudio id perfeci, vt ope experimentorum, quae cum multis horum bufonum terreſtrium paribus inſtitui, non ſolum ouorum partum ſed & eorundem foecundationem iteratis vicibus, eademque ſemper ratione factam fuiſſe, obſeruauerim; nunc vero omnia ea examuſſim narrabo, quae, quum anno 1754. idem egi, a me ſunt notata, ſimul tamen monendum eſſe duco beneuolum lectorem, vt *ſecundam, XX. Tabulae* contempletur *iconem*, in qua litterae *a a* maſculum, *b b* vero foemellam indicant.

Selegeram, dicto anno, ſub menſis Aprilis initium, ex horum bufonum majoribus, ſex paria, eademque totidem commiſeram cylindraceis aquaque repletis vitris, quae diu noctuque oculis contrectabam: quumque illa continuos octo dies accuratius contemplatus eram, animaduerti tandem, coepiſſe foemellas binorum parium, uno eodemque die, oua ſua edere, id quod dein reliquorum parium foemellae ſimiliter egerunt. Agitabantur initio quidem inquietudine quadam crebriusque, quam alias ſolebant, nunc fundum vaſis verſus deſcendebant, nunc rurſus aquae ſuperficiem petebant; paulo vero ante quam oua ſua ejaculabantur, fortior quidam in foemellae ventre animaduerti poterat motus, ac ſi viuum quoddam animal illum eſſet diſrupturum, qualem jam & in aliis notaueram ſpeciebus, quemadmodum in hiſtoria hac indicatum eſt, quoque ouorum ab ouario ſolutorum in vterum ingreſſus haud parum promoueri videtur. Durante interno hoc ventris motu, aſcendebat deſcendebatque foemella aliquoties, donec illico in fundum ſeſe praecipitabat ſimulque non ſolum corpus ſuum & bina poſteriora crura *f f*, quantum quidem fieri pote erat, in longitudinem extendebat. Diſtendebat eodem etiam tempore maſculus corpus ſuum eousque, vt ani ſui apertura, directo ad anum foemellae ſpectaret; pedes vero poſteriores *h* binaque femora *g g* tremulo quodam motu contrahebat, atque haud ita multo poſt edebat foemella partem ſpermatis vel ouorum ſuorum. Hoc dum fiebat denuo non ſolum maſculi tremebant crura, ſed motitabat etiam poſteriorem corporis ſui partem eadem fere ratione, qua laſciuiens alterique inequitans canis, illam ipſam agitare ſolet, ſimul vero ita vtebatur pedibus ſuis, ac ſi foemellae oua ſtatim violenterque iisdem eſſet protracturus, id quod tamen minime fiebat; ſed congerebat ſic pauca illa, quae foemella vna vice emittebat, oua, vt globum quaſi formarent commodeque ſemine ipſius conſpergi foecundarique poſſent; quin vidi ſaepius transuerſe illius, eodem tempore, diductum anum exiguamque ſeminis, liquorem turbidum referentis, partem in oua fuiſſe effuſam. Hoc facto ita intra maſculi femora *g g* emergebant oua *i*, vt ipſius non ſolum cooperirent anum, ſed ex eodem propelli fere viderentur. Singula haec vix durabant diutius quam quidem galli cum gallina concubitus, atque vbi dein bini bufones pauliſper conquieuerant, diducebat maſculus aliquatenus bina poſteriora crura, tum vero oua, hac vice a foemella emiſſa & a maſculo foecundata, ſubforma binarum ex nigris paruisque coralliis compoſitarum linearum in conſpectum prodibant, quae, initio quidem, binos cum dimidio pollices longitudine aequabant, vel a *k* ad *l l* vsque ſeſe extendebant. Cohaerent corallia haecce ope tena-

mehr von dem Männlein als Weiblein gemachet wird, iſt aber, weder an den Seiten des Mundes, noch auch unten an der Kehle, wie bey einigen andern Froſcharten, eine beſondere Ausdehnung der Haut, oder etwas blaſenähnliches wahrzunehmen.

So viel es mich Mühe gekoſtet, bey den bereits beſchriebenen Fröſchen, das Laichen des Weibleins und die Befruchtung des Laiches durch das Männlein wahrzunehmen: ſo ſorgfältig habe ich auch, um eben dieſer Urſache willen, dieſe Krötenart beobachtet, und dadurch ſo viel gewonnen, daß ich bey den, drey Jahre lang, mit vielen Paaren dieſer Landkröte angeſtellten Verſuchen, nicht nur das Laichen, ſondern auch die Befruchtung öfters, und zwar allezeit auf einerley Weiſe wahrgenommen habe; und nun will ich, was dabey vorgegangen, als ich ſolches im Jahr 1754. beobachtet, auf das genaueſte beſchreiben, wobey es aber auch nöthig ſeyn wird, daß der geneigte Leſer die 2. Figur der *XX.* Tabelle betrachte, in welcher das Männlein mit *aa* und das Weiblein mit *bb* bezeichnet iſt.

Ich hatte mir zu Anfang des Aprils, im angezeigten Jahr, ſechs der anſehnlichſten Paare dieſer Kröten ausgeſuchet, und ſolche, zu meinem Vorhaben, in eben ſo viel mit Waſſer angefüllten Zuckergläſern verwahret, welche ich weder Tags noch Nachts aus den Augen lies. Nachdem ich nun ſelbige, acht Tage lang, auf das genaueſte beobachtet, wurde ich endlich gewahr, daß die Weiblein zweyer Paare, in einem Tag, ihr Laich von ſich zu geben anfiengen, welchen ſodenn die Weiblein der übrigen Paare, in gleicher Verrichtung, auch bald folgten. Anfangs wurden ſie ſehr unruhig, und begaben ſich öfters als ſonſt, auf den Boden des Gefäſes und ſodenn wieder in die Höhe, bis an die Oberfläche des Waſſers; kurz vor dem Laichen ſelbſt aber äuſſerte ſich, in dem Leib des Weibleins, eine ſtarke Bewegung, als ob eine lebendige Creatur durch ſelbigen durchbrechen wollte, welche ich auch ſchon an andern Arten bemerket, wie ich in dieſer Hiſtorie bereits angezeiget habe, und wodurch vielleicht das Eintretten der vom Eyerſtock ſich löſenden Eyer in die Mutter, nicht wenig mag befördert werden. Bey dieſer innern Bewegung des Leibes aber, gieng das Weiblein noch immer etlichemal auf und nieder, bis es endlich viel geſchwinder als ſonſt auf den Boden fuhr und nicht nur alleine ſeinen Leib, ſondern auch die beeden Hinterſchenkel *f f*, ſo ſtark als es ihm nur immer möglich, der Länge nach ausſtreckte. Zu gleicher Zeit dehnete auch das Männlein ſeinen Leib in ſo ferne aus, daß die Oeffnung ſeines Afters über die nämliche Oeffnung des Weibleins in gerader Richtung zu ſtehen kam; ſeine hintern Füſſe *h* aber, und die beeden Schenkel derſelben *gg*, zog es mit einer zitternden Bewegung ganz nahe an ſich, und bald darauf gab das Weiblein einen Theil ſeines Laiches oder ſeiner Eyer von ſich. Als aber dieſes geſchahe, fieng das Männlein nicht nur von neuem mit ſeinen Schenkeln zu zittern an, ſondern es bewegte auch den hintern Leib gleich einem in der Paarung begriffenen geilen Hund, und arbeitete zugleich mit ſeinen hintern Füſſen ſolcher Geſtalt, als ob es dem Weiblein den Laich in Eile und mit Gewalt aus dem Leib ziehen wollte: unterdeſſen aber geſchahe ſolches doch nicht; ſondern es brachte vielmehr durch dieſe Bewegung denjenigen geringen Theil des Laiches, welchen das Weiblein auf einmal von ſich gab, ganz nahe und gleichſam auf einen Klumpen zuſammen, um ſolchen durch ſeinen Saamen um ſo viel beſſer befruchten zu können, wie ich denn auch wirklich öfters wahrgenommen habe, daß ſich ſein After, zu gleicher Zeit, weit nach der Quere geöffnet, und durch ſolchen ein gerin-

http://rcin.org.pl

tenacis pellucidique glutinis, lineaque quam formant ſuperat parum craſſitudine inferiorem partem culmi majoris. Poſt partum primae hujus ouorum portionis, commode magis diſponebant membra ſua, ſuperficiemque aquae verſus enatabant, aerem non ſolum, vt videbatur, liberiorem ducturi, ſed & paullisper conquieturi.

Vix per quadrantem quieuerunt horæ, quum rem veneream integrarent eademque omnia vt antea peragerent; reddebantur tum lineæ ouis glutineque compoſitae duplo longiores, neque a foemellae ano ſeparabantur, ſed ipſi junctae haerebant, ita, vt bufo easdem poſt ſe traheret; poſtquam vero bufones negotium hoc nouies iterarant, in eam lineae excreuerant longitudinem, quam *figura ſecunda* ad *k*, *ll*, *mm* & *nn* exhibet; ſed quum foemella ab ouorum excretione nondum ceſſaret, quin decies adhuc partem illorum egereret, quarum quamlibet maſculus ſemine ſuo perfuderat: aequabant tandem binae illae ouorum lineae quaternos fere pedes. Poſtea vero quam vltima egeſta fuerat portio, derepente ſecedebant bini bufones ab inuicem, quum foemella vix tres integras in partu abſumſerat horas. Exemi tum bufones e vitro, oua pro vlteriore obſeruatione, ſeparatim ſeruaturus.

Quemadmodum vero nonnulla paria in ouorum partu foecundationeque plus temporis conſumebant, ſic alia rurſus idem opus citius perficiebant, ita, vt interdum ſpatio binarum horarum jam eſſet finitum; vtplurimum tamen noctu tantum diemque verſus, rarius interdiu negotio huic operam nauant. Plura porro majores foemellae pariunt oua quam minores junioresque, atque hinc etiam majora ſunt ipſa fila ſpermatica; addendum etiam, copulari cum majoribus foemellis non ſemper majores maſculi, ſed minores quoque. Pars ouorum a foemella edita non ſemper binos cum dimidio aequat pollices; ſed eſt interdum longior interdum brevior quoque. Oua in tenaci filorum glutine contenta, non proprio ſingula cinguntur glutine, ſed haerent illo in glutine ita, vt in extrema aeque ac in prima filorum parte ſingula fere compareant, reliqua binas conſtituant ſeries ita diſpoſitas, vt rhombos quaſi forment, hic illic tamen interruptos.

Inue-

geringer Theil des, eine trübe Feuchtigkeit vorſtellenden Saamens, über den Laich ergoſſen worden. Wenn ſolches geſchehen, ſo kam der Laich *i*, zwiſchen den Schenkeln des Männleins *g g*, ſo hervor, daß er nicht nur den After deſſelben bedeckte, ſondern auch aus ſolchem herauszukommen ſchiene. Alles dieſes währte nicht länger als der Hahn die Henne tritt, und wenn beede Kröten hierauf ein wenig ausgeruhet hatten, zog das Männlein ſeine Hinterſchenkel etwas auseinander, worauf ſich denn der für dieſesmal von dem Weiblein gebohrne und von dem Männlein befruchtete Theil des Laiches auseinander begab und ſich in Form zweyer, aus kleinen, ſchwarzen Corallen beſtehender Schnüre zeigte, welche anfangs ungefähr dritthalb Zoll lang waren, oder ſich von *k* bis *ll* erſtreckten. Dieſe Corallen hängen vermittelſt eines zähen und durchſichtigen Schleimes zuſammen, und die Schnur welche ſie ausmachen, iſt etwas dicker als ein ſtarker Strohhalm untenher zu ſeyn pfleget. Nach Gebährung dieſes erſten Theiles des Laiches, nahmen meine Kröten wieder eine bequemere Stellung an und begaben ſich nach der Oberfläche des Waſſers, um nicht nur alleine wie es das Anſehen hatte, friſche Lufft zu ſchöpfen, ſondern auch in etwas auszuruhen.

Dieſe Ruhe hatte nicht gar eine Viertelſtunde gedauert, als ſie ihr Liebesſpiel von neuem anfiengen und in allem wieder wie vorher verfuhren; hierauf aber wurden die aus den Eyern und einem zehen Schleim beſtehende Schnüre noch einmal ſo lang als vorher, ſonderten ſich auch nicht von dem After des Weibleins ab, ſondern blieben an ſelbigem hangen, ſo, daß ſie die Kröte allezeit nach ſich ſchleppte, und als die gepaarten Kröten das nämliche Werk zu neunmalen wiederholten, hatten die Schnüre diejenige Länge erhalten, in welcher ſie unſere zweyte Figur bey *k*, *ll*, *mm* und *nn* zeiget; weil aber das Weiblein noch nicht aufhörte ſeine Eyer von ſich zu geben, und ſich noch zu zehen verſchiedenen malen eines Theils derſelben entledigte, deren jeden das Männlein mit ſeinem Saamen beſprengte: ſo erſtreckten ſich endlich die Schnüre beynahe auf vier Schuh. Als aber der lezte Theil derſelben zum Vorſchein gekommen, ſo ſchieden die beeden Kröten plötzlich von einander, nachdem das Weiblein mit Gebährung ſeiner Eyer nicht gar drey Stunden zugebracht hatte. Hierauf nahm ich die beeden Kröten aus dem Glas heraus, und verwahrte den Laich beſonders, um mit ſelbigen fernerhin meine Beobachtungen anzuſtellen.

Wie nun aber dieſes Laichen und Befruchten bey einigen länger dauerte, ſo gieng ſolches auch bey andern geſchwinder von ſtatten, ſo, daß bey etlichen innerhalb zwey Stunden alles gethan war; insgemein aber geſchiehet ſolches bey Nacht und gegen Tag, ſeltener aber am hellen Tag ſelbſt. Ferner ſo pflegen die gröſſeren Weiblein mehr Eyer als die kleineren oder jungen zu legen, daher denn auch die Schnüre worinnen ſelbige enthalten ſind länger ausfallen; wobey auch noch zu merken, daß ſich mit den gröſſeren Weiblein nicht eben allezeit groſſe Männlein, ſondern vielmals auch kleine paaren. Wenn das Weiblein einen Theil ſeines Laiches von ſich giebt, ſo iſt ſelbiger nicht jedesmal dritthalb Zoll lang, ſondern bald länger, bald aber auch kürzer. Die in den aus einem zähen Schleim beſtehenden Schnüren befindliche Eyer, ſind nicht ein jedes für ſich mit einem eigenen Theil Schleimes umgeben, ſondern ſie ſitzen im Schleim ſo, daß ſie am Ende deſſelben *mm*, wie am Anfang, mehr einzeln erſcheinen, die übrigen aber machen zwey Reihen aus, welche ſo neben einander hinlauffen, daß ſie gleichſam rautenförmige Vierecke beſchreiben, welche aber hie und da auch wieder unterbrochen erſcheinen.

http://rcin.org.pl

In ueniri quoque poſſunt oua hæcce, verno ſemper tempore, ad ſtagnorum foſſarumque ripas: quin reperiuntur interdum quoque in lacunis propter vias, in quibus tamen, quum facile exareſcant, non poſſunt non perire.

Addendum adhuc eſt, extraordinarium prorſus viſum mihi eſſe, quod, vbi ſemel par horum bufonum valde magnum obſeruabam, maſculus, licet foemella ſua jam deſierat edere oua, huic tamen per duodeviginti continuas horas adhuc inequitaret, ſemperque, elapſis quindecim temporis momentis, eosdem motus cieret, ac ſi ſemen eſſet ejaculaturus, foemina tamen nulla denuo edente oua; neque etiam hoc inuita fieri videbatur foemella, quum maſculo motus ſuos iterante, eadem ratione ſeſe extendebat ac ſi ouula eſſet excretura. Cogitabam hinc, deliteſcere forte in foemellae ventre plura adhuc oua, quae ob hanc illamue cauſam edere nequiret, atque adeo eam ipſam diſſecui; ſed nulla in illa reperi oua, nec eam ipſam ob rationem, quae diuturnioris hujus concubitus fuerit cauſſa, indicare poſſum.

Haec fere omnia ea ſunt, quæ, dum bufones noſtri generis propagationi incumbunt, obſeruare potui; licet vero eam ipſum ob rem, ceu ſupra jam a me dictum eſt, plura attentius continuoque ſtudio contemplatus ſim paria, nunquam tamen vidi, quae in Hiſtoria Academiae Scientiarum Pariſinae, anni 1741, relata legi: adjuuare ſcilicet maſculum in ouorum partu foemellam, protrahereque eundem illa ipſa poſteriorum pedum ſuorum digitis e foemellae ano. Communicauit obſeruationem hancce medicus quidam, cui Demovrs nomen eſt, & ſi verum fuerit, agere muſculum, dum oua eduntur, quemadmodum ipſe loqui amat, obſtetricem: de alia bufonum ſpecie, quam quidem noſtra eſt, id intelligi debere omnino reor, praeſertim quum ipſe ſcribat, loqui ſe de minori ſpecie terreſtrium bufonum, eſſeque oua ipſius oblonga, binas lineas longitudine aequantia, opeque brevioris ſed fortioris fili cohaerentia, quae ſingula noſtro de bufone aſſeri nequeunt; ſed vellem, dediſſet D. Demovrs ipſe nobis ampliorem minoris ſuae bufonum terreſtrium ſpeciei notitiam: ex illis enim quas ego noui, ſpecies haecce neutiquam eſſe poteſt.

Aſt inſpiciamus jam ſperma bufonum noſtrorum ſeparatim a me ſeruatum, quodque ex iisdem die vndecimo Aprilis obtineram. Augebatur illud indies mole: dilatabantur namque oua non ſolum, ſed &, in quo haerebant, gluten, ita, vt die duodecimo nec non decimo & tertio *tertiam* ſimilitudine referrent *figuram*; ipſa vero eam inſuper ſubierant mutationem, vt quum initio ex toto fere nigrae eſſent, nunc altera eorum pars ex fuſco griſea punctisque & maculis nigris conſperſa compareret; altera vero priſtinam monſtraret nigritudinem, quumque illa ope lentis vitreae contemplarer parui videbantur terreſtres globi: pars namque nigra ſpeciem habebat aquarum, pars vero lucidior terrarum inſularumque, id quod ex *iconibus 4. 5.* & *6.* patebit: *quarta* namque refert ouum ex parte nigrum nec non ex parte altera lucidum; *quinta* partem tantum exhibet lucidiorem, *ſexta* nigram; ipſe vero gyrinus nondum in iisdem comparebat.

Quum

Eben dieſen Laich der Kröten kann man auch alle Frühlinge an den Ufern der Weiher und Waſſergräben finden: ja es iſt ſolcher manchmalen in den Regenpfützen an den Straſſen ebenfalls anzutreffen, woſelbſt er aber, weil ſelbige leichtlich austrocknen, verderben muß.

Als etwas auſſerordentliches habe ich auch noch anzuführen, daß ich einmal ein ſehr groſes Paar dieſer Kröten beobachtet habe, da das Männlein, ungeachtet das Weiblein bereits zu laichen aufgehöret hatte, doch noch immer auf dieſem, bey achtzehen Stunden lang ſitzen blieb, und alle funfzehen Minuten, die Bewegungen machte, welche ſelbiges allezeit, wenn es den Saamen von ſich giebt, zu machen pfleget, ohne daß das Weiblein von neuem zu laichen angefangen hätte; auch zeigte dieſes hiebey gar keinen Widerwillen, ſondern ſtreckte ſich bey den wiederholten Bewegungen des Männleins eben ſo aus, als ob es laichen wollte. Da ich nun dadurch auf die Gedanken kam, es mögten etwann in dem Leib des Weibleins noch mehrere Eyer verborgen ſeyn, deren es ſich um dieſer oder jener Urſache willen nicht entledigen könnte: ſo öffnete ich daſſelbe, traf aber in ſolchem keine Eyer mehr an und weis daher auch nicht, was für einer Urſache dieſe ungewöhnlich lange Paarung zuzuſchreiben ſeyn mögte.

Dieſes iſt nun alles was ich bey der Fortpflanzung des Geſchlechtes an unſeren Kröten beobachtet habe; und ob ich ſchon eben deswegen, wie bereits oben gemeldet worden, viele Paare mit groſſer Achtſamkeit, faſt unabläßig betrachtet: ſo iſt doch niemal dasjenige von mir wahrgenommen worden, was in der Geſchichte der Franzöſiſchen Geſellſchaft der Wiſſenſchaften vom Jahr 1741. erzählet wird: daß nämlich das Männlein der Kröten, dem Weiblein in der Geburt der Eyer zu Hülffe komme und ſolche, mit den Zehen ſeiner Hinterfüſſe, aus dem After deſſelben herausziehe. Es ſchreibt ſich dieſe Beobachtung von einem Arzt, Namens Demours her, und wenn es ſich in der That ſo befindet, daß das Krötenmännlein bey der Geburt des Laiches, wie er ſelbſt ſagt, einen Accoucheur abgiebt: ſo mus ſolches eine andere Art von Kröten ſeyn, als diejenige iſt, von welcher ich hie ſchreibe, zumalen da er meldet, es ſeye ſolche die kleinere Art der Landkröte; ihre Eyer wären länglicht, erſtreckten ſich auf zwey Linien und hiengen vermittelſt eines kurzen und ſehr ſtarken Fadens zuſammen, welches lauter ſolche Dinge ſind, ſo ſich von unſerer Krötenart nicht ſagen laſſen; doch wollte ich wünſchen, daß uns Herr Demours von ſeiner kleineren Art der Landkröten eine genauere Beſchreibung gegeben hätte: denn von denjenigen Krötenarten, die mir bekannt ſind, kann es keine ſeyn.

Doch nun wollen wir das beſonders von mir verwahrte Laich unſerer Kröten betrachten, welches ich den eilften April erhalten hatte. Es wurde ſelbiges täglich gröſſer, indem ſich nicht nur alleine die Eyer, ſondern auch der Schleim, in welchem ſie enthalten waren immer mehr und mehr ausbreiteten und alſo den 12 und 13. April das Anſehen der dritten Figur hatten, und überdem, ſo waren die Eyer auch nunmehr in ſo ferne verändert, daß da ſie anfangs faſt ganz ſchwarz ausſahen, jetzund die eine Hälfte derſelben braunlicht hellgrau und mit dunklen Puncten und Flecken beſprenget war; die andere aber ihre Schwärze behalten hatte, und als ich ſie mit einem Vergröſſerungsglas betrachtete, ſo ſtelliten ſie kleine Weltkugeln vor, wenn man nämlich den ſchwarzen Theil für das Waſſer, und den hellern für Länder und Inſeln gelten laſſen wollte, wie aus der 4. 5. und 6. Figur zu erſehen ſeyn wird, als von welchen die vierte das Ey ſo zeiget, daß es halb ſchwarz und

halb

http://rcin.org.pl

Quum ſaepius fieri ſoleat, vt oua illa quae vno partu a foemella eduntur, non omnia a maſculo foecundentur, vtraque vero, hoc non obſtante, poſtmodum intumeſcant formamque globoſam mutent, non foecundata autem diffluant, atque in aqua fermentatio nec non putredo quædam hinc oriatur ouis foecundatis, vel inde natis gyrinis, noxia: vt ab inuicem ſeparentur neceſſe eſt; quod vero ipſum, ope tubuli vitrei, quo ſiphonis inſtar vtimur, facile perficitur: habent namque oua foecundata plus ſemper nigritudinis quam foecundata, atque hæc magis quam illa intumeſcunt. Idem etiam omnium reliquarum ranarum patiuntur oua, quumque in præcedentium deſcriptione hujus rei non memini, e re fore duxi ſi eandem nunc indicarem.

Sed aſpiciamus rurſus ſperma noſtrum. Die decimo ſexto Aprilis, qui poſt partum illius quartus erat quintusue, obſeruabam, plurima contentorum in illo ouulorum foecundatorum, formam induiſſe *7. iconis*, in qua tamen neque caput neque cauda poterat dignoſci; die tamen decimo ſeptimo nec non duodevigeſimo diſtinctius jam comparebant, id quod *8* oſtendit *icon*. Hac ſub forma in ipſo illo, quo cingebantur gyrini hi, ſe adhuc tenebant glutine albumineue; ſed animaduertebam iam cieri eosdem interdum pernici, vix tamen diu durante motu. Die vndevigeſimo vigeſimoque deſerebant plurimi eorundem dictum gluten; ſimiles tunc erat *iconibus 9 10 & 11*, magnitudine tamen differebant; caudam circumibat pinna, obſeruabatur etiam ventris a capite diuiſio, in hoc vero præter oculos oſculum quoque cernebatur. Nunc ſuperiorem aquae ſuperficiem verſus enatare tentabant; mox tamen, defatigati quaſi, in fundum cadebant. In gyrino, quem *11 icon* ab inferiore ſiſtit ſuperficie, jamjam proditurae ſunt appendices fimbriatae, quippe quarum apiculi in vtroque jam adſunt latere; ſed adipiſcebantur illae tum demum ſ litam ſuam magnitudinem, vbi gyrinus per nouem jam decemue vixerat dies, atque tum *duodecimae figurae* habebat ſimilitudinem. Sed diſcrepant fimbriatae hae appendices neque magnitudine, neque forma, neque colore ab illis gyrinorum bufonis allium redolentis. Conſtabant hinc, aeque ac in his, quinque ſexue, digitorum formam habentibus, ramis diuerſae longitudinis, poſteriori capitis parti ope binorum breuium truncorum affixis.

Parum hactenus appetierant gyrini mei aquaticas plantas; ſed nutriebantur lentore ex aqua nato, plantis aeque ac vitro adhaerente. Die vigeſimo tertio quartoque nihil fere amplius in gyrinis hiſce ex fimbriatis conſpiciebatur appendicibus, quum aeque ac alii gyrini vix vltra diem iisdem inſtructi erant; contrahebatur contra corpus eorum craſſeſcebatque nec non vnacum capite in eam abibat formam, vt corpus nunc referrent oui forme, ſi præſertim gyrinus a ſuperiore inferioreue adſpiciebatur ſuperficie, ceu ex *13* apparet *icone*. Licet vero ipſum corpus breuius redditum fuiſſe videretur, in majorem contra cauda exporrecta erat longitudinem. Monſtrat *14 icon* eundem hunc gyrinum a latere, vbi quidem corpus gracilius apparet, cauda vero, quam lata, ad extremum rotunda, fuſcaque cingit pinna, in longitudinem extenſa eo cernitur diſtinctius.

halb hell erſcheinet, die fünfte weiſet nur die helle Hälfte, und die ſechſte die ſchwarze; von den darinn enthaltenen Krötenwurm aber war noch nichts zu erkennen.

Da es vielfältig zu geſchehen pfleget, daß nicht alle diejenigen Eyer, ſo ein Weiblein von ſich giebt, von dem Männlein befruchtet werden, beede aber deme ungeachtet dennoch nach und nach aufſchwellen und ihre runde Form verändern, und die unbefruchteten endlich zerflieſen, auch von ihnen eine Gährung und Fäulnis im Waſſer entſtehet, wodurch die befruchteten Eyer, oder die daraus gekommenen Krötenwürmlein Schaden leiden: ſo iſt es nöthig ſolche von einander zu ſondern, welches vermittelſt eines gläſernen Röhrleins, deſſen man ſich als eines Hebers bedienet, gar leicht geſchehen kan, indem die befruchteten Eyer allezeit ſchwärzlichter als die unbefruchteten ausſehen, und dieſe auch mehr als die andern aufſchwellen; eben dieſes aber pfleget auch bey allen andern Froſcharten zu geſchehen, und da ich bey Beſchreibung der vorhergehenden hievon nichts gemeldet, habe ich ſolches hier anzuführen für nöthig angeſehen.

Doch wir wenden uns wieder zu unſerm Laich. Vier bis fünf Tage nach deſſelben Geburt, nämlich den ſechzehenden April, nahm ich wahr, daß die meiſten befruchteten Eyer deſſelben, der 7. Figur an Form ähnlich geworden waren, woran man aber weder Kopf noch Schwanz erkennen konnte; den ſiebenzehenden und achtzehenden aber lies ſich ſchon mehreres von beeden unterſcheiden, wie aus der 8. Figur zu erſehen. In dieſer Geſtalt blieben die Würmer zwar noch in dem ſie umgebenden Schleim; doch bemerckte ich bereits, dann und wann, eine ſchnelle aber kurze Bewegung an ihnen. Den neunzehenden und zwanzigſten verlieſſen die meiſten gedachten Schleim; ſie ſahen damals der 9. 10. und 11. Figur ähnlich, waren von ungleicher Gröſſe; um den Schwanz zeigte ſich eine Floſſe; den Leib konnte man von dem Kopf, und in dieſem ſo wohl die Augen, als auch den kleinen Mund unterſcheiden. Nunmehr fiengen ſie auch an gegen die Oberfläche des Waſſers zu ſchwimmen, fielen aber bald wieder, als ob ſie davon müde wären, zu Boden. Der in der 11. Figur vorgeſtellte Wurm, welcher ſich von der Unterfläche zeiget, iſt bereits an dem, daß ſeine gefranzten Anhänge zum Vorſchein kommen ſollen, indem ſich von ſelbigen zu jeder Seite ſchon eine Spize zeiget, doch erlangten ſolche ihre vollkommene Gröſſe nicht ehender, als bis der Wurm neun bis zehen Tage alt war, und alsdenn ſahe er wie die 12. Figur aus. Es haben aber dieſe Kopffranzen hier keine mehrere Gröſſe, keine andere Form und Farbe als an den Würmern der Knoblauchkröte, wie ſie denn auch, wie an dieſen, aus fünf bis ſechs kurzen fingerförmigen Aeſten von ungleicher Länge beſtunden, die mit zwey kurzen Stämmen hinten am Kopf veſt ſaſſen.

Bisher wollten dieſe meine Krötenwürmer noch nichts von den grünen Waſſerpflanzen anbeiſſen, ſondern ſie nährten ſich noch von dem an dieſen Pflanzen ſo wohl, als an dem Glas hangenden, und aus dem Waſſer entſtandenen Schleim. Am drey und zwanzigſten und vier und zwanzigſten April ſahe ich an meinen Würmern wenig mehr von den gefranzten Anhängen, indem ſie ſelbige, gleich andern ſolchen Würmern, nicht viel länger als einen Tag behielten; hingegen wurde ihr Leib viel kürzer und dicker, und bekam, nebſt dem Kopf, eine ſolche Geſtalt, daß ſie zuſammen einen eyförmigen Körper vorſtellten; ſonderlich wenn ich den Wurm von der obern oder untern Fläche anſahe, welches die 13. Figur zeiget; ſchien aber nunmehr der Körper abgenommen zu haben, ſo war hingegen der Schwanz deſto länger. Die 14. Figur zeiget eben dieſen Wurm von der Seite, und da fällt der Körper zwar etwas geſchmeidiger aus, der Schwanz aber zeigt

http://rcin.org.pl

Similes erant plurimi gyrinorum meorum, die duodetrigesimo vndetrigesimoque *iconibus 15* atque *16*, *Tabulae XXI.* quarum illa gyrinum a latere, haec vero a dorsali superficie repraesentat. Licet vero gyrini hi jam notabiliter increuissent, conjectura jam tamen proſpiciebam, vix illos adeo magnos euasuros, ac gyrini illi bufonis aquatici, quos *XVIII. Tabula* depictos exhibet, quamquam credebam in majorem eos excreturos molem, quam quidem postea factum fuit. Erat ipsis, superius aeque ac inferius, niger magis quam fuscus color; hoc tamen non obstante sat distincte bini conspiciebantur oculi, duo nigra nitescentiaque referentes puncta. Magis etiam furua est caudam cingens pinna, quam in aliis ranarum bufonumque gyrinis, nec non in rotundam, vti jam dictum est, terminatur extremitatem, hac vero, vt & furuo colore gyrini hi a reliquis discrepant speciebus.

Auidius nunc gyrini, hoc incremento aucti, plantas appetebant aquaticas, his tamen, quarum sapore maxime capiebantur, tamdiu vescebantur, donec ad satietatem illis essent expleti, tunc vero rectum ipsorum intestinum *d Fig. 15 & 17.* faecibus valde cernebatur repletum. Ex plantis, quas ipsis porrigebam, vix ipsos paluſtres alliciebant lenticulae; lactucam contra satiuam magis amare videbantur, qua etiam sola eosdem, donec adoluissent, nutriui. Iam vero nullam, per sexdecim dierum spatium, illi, quantum quidem obseruabam, subibant mutationem, nisi quod singulis diebus nonnihil magnitudine augebantur, dieque decimo sexto Maji, crura posteriora comparere incipiebant, atque ad diem vsque vigesimum quartum, tantum sumebant incrementum, quantum in *icone 17.* supra intestinum rectum *d* posita, atque in *18* ad *bb* habere cernimus. Quum vltima hac icone gyrinus ab inferiore sistatur superficie, in sinistro etiam latere, pone caput ad *c*, spiraculum illud, vesicam referens, conspicitur, quod in omnibus ranarum bufonumque gyrinis hanc occupat sedem, quodque in gyrinis ranae terrestris minus indicaui, quum illud, tum temporis, partem esse oragnicam minime credebam.

Perfecta mihi videbatur, die nono duodecimoque Iulii, gyrinorum meorum forma, atque hinc maximos eorum depinxi. Habebant tum speciem *19* nec non *20 iconis.* Corpus ipsorum vix dimidium longitudine aequabat pollicem, cauda octo fere lineas, ita, vt tota gyrini longitudo pollicem vix superaret. Flaua jam oculis micabat iris, bina vero posteriora crura, die nono Iunii, tribus solitis instructa erant partibus suis, quemadmodum *19 Fig. ad b.* monstrat, tenerae tamen adhuc erant gracilesque; die vero duodecimo id sumserant incrementi, *Fig. 20.* vt gyrinus iisdem jam ad natandum vteretur, ille vero in quo id ipsum heic cernimus, sinistro in latere sat distincte exhibet spiraculum *c* signatum.

Seruarant hactenus gyrini nostri colorem nigrum, iam vero fusci quicquam admixtum habebant, aeque ac pinna caudam cingens, superiore in parte, atris notata erat punctis.

Respuebant, die decimo quinto Iunii, gyrini hi, quo hactenus vsi erant, pabulum, corpus vero ipsorum jam gracilescebat. Die decimo septimo duodeuigesimoque, in nonnullis jam crura aderant anteriora omni ex parte perfecta, quorum quidem sinistrum, in pluribus, per

sich mit seiner breiten und hinten rundgestumpften, braunen Flosse, seiner ganzen Länge nach, um so viel deutlicher.

Den acht und zwanzigsten und neun und zwanzigsten April gliechen die mehresten meiner Krötenwürmer der auf der *XXI.* Tabelle befindlichen 15. und 16. Figur, von welchen iene den Wurm von der Seite, diese aber von der Ruckfläche darstellet. Ungeachtet nun aber diese Würmer um ein merkliches an Wachsthum zugenommen hatten, so konnte ich doch bereits vermuthen, daß sie zu derjenigen Grösse, welche die auf der *XVIII.* Tabelle abgebildeten Wasserkrötenwürmer erreichen, nicht anwachsen würden, ob ich schon glaubte dieselben würden grösser werden, als sie nachgehends wirklich nicht geworden. Der Farbe nach sahen sie, so wohl oben als unten, mehr schwarz als braun aus; deme ungeachtet aber konnte man die beeden Augen, in diesem dunkeln Grund, als ein Paar glänzende schwarze Puncte ganz deutlich erkennen. Die den Schwanz umgebende Flosse ist hier auch viel dunkler als an andern Frosch- oder Krötenwürmern, und endiget sich, wie bereits gemeldet worden, mit einer stumpfen Runde, hiedurch aber, und durch die dunkle Grundfarbe, unterscheiden sich diese Würmer von allen andern Arten.

Die Würmer dieser Grösse fielen nunmehr alle Wassergewächse sehr begierig an, doch blieben sie bey denjenigen, so ihnen am besten schmeckte, so lange, bis sie sich daran satt gefressen hatten, worauf ihr Mastdarm *d Fig. 15* und *17.* von Unrath bald starck angefüllet erschien. Unter denjenigen Pflanzen, womit ich sie versahe, achteten sie der Meerlinsen am wenigsten, der Gartensalat aber schien ihnen besser zu schmecken, und mit diesem hab ich sie auch völlig erzogen. Von nun an bemerkte ich sechzehen Tage lang fast keine Veränderung, als daß sie täglich etwas weniges an Grösse wuchsen, und daß an den grösten unter ihnen, sich am sechzehenden May die zwey hintern Füsse zu zeigen anfiengen und bis den vier und zwanzigsten so zunahmen, wie sie die *17 Figur* über dem Mastdarm *d* und die *18* bey *bb* zeiget. Da die letztere Figur den Wurm von seiner untern Fläche darstellet, so siehet man auch an der lincken Seite, hinter dem Kopf, bey *c*, diejenige blasenähnliche Lufftröhre oder Oeffnung, womit alle Frösch und Krötenwürmer versehen sind, die ich aber an den Würmern des Grasfrosches, deswegen anzuzeigen unterlassen hatte, weil ich sie damals noch für keinen ordentlichen Theil derselben gehalten.

Weil nunmehr den neunten und zwölften Junii meine Würmer ihre vollkommene Wurmgestalt erhalten zu haben schienen, mahlte ich die grösten derselben ab. Sie hatten damals das Ansehen der *19.* und *20* Figur. Ihr Körper war kaum einen halben Zoll lang, und der Schwanz erstreckte sich ungefähr auf acht Linien, so, daß die ganze Länge des Wurms nicht viel über einen Zoll ausmachte. In den Augen war nunmehr ein gelber Ring zu sehen, und die beeden hintern Füsse hatten den neunten Junii ihre drey Theile, wie bey *b Fig. 19.* wahrzunehmen; doch waren sie noch schwach und zart, den zwölften aber schon so stark und vollkommen, *Fig. 20*, daß sich der Wurm derselben im Schwimmen bedienen konnte, und derjenige an welchen wir solches hier sehen, zeiget uns auch an seiner linken Seite die Lufftöffnung *c* ganz deutlich.

Bisher war die Farbe unserer Würmer noch immer schwarz geblieben, nunmehr aber schiene sie etwas mit braunem untermischt zu seyn, wie denn auch die den Schwanz umgebende Flosse jezt mit zarten schwarzen Puncten obenher besprengt erschien.

Den funfzehenden Junii verliessen diese Würmer ihr bisheriges Futter, und ihr Leib fieng an geschlanger zu werden. Den siebenzehenden und achtzehenden waren schon an einigen die vordern Füsse völlig da, von welchen ich den linken, an den mehresten, zu erst durch

http://rcin.org.pl

per aperturam minorem primum prodiiſſe vidi, quod ſequenti die dextrum eadem ſequebatur ratione, atque tum ſeruabat cauda priſtinam ſuam formam per viginti & quatuor tantum horas. Mutabatur nunc niger corporis color in fuſcum, quatuorque crura, aeque ac ſupérior ſuperficies, maculas monſtrabant nigras; ipſe vero gyrinus *vigeſimam primam* referebat *iconem*. Decreſcebat tandem cauda longitudine latitudineque, ita, vt die decimo nono vix dimidia, vigeſimo vero, nulla prorſus ejusdem conſpiceretur pars. Iam itaque omnes gyrini in perfectos tenellosque mutati erant bufones, ſed, id quod mirabar, tam paruos, vt ab omnibus aliis, ex gyrinis haud ita diu natis, differrent ranarum bufonumque ſpeciebus.

Poſtquam tenelli mei bufones quatuor ſua obtinuerant crura, ipſam vero caudam nondum amiſerant: jam ex aqua prorepere conabantur; hinc in aliud illos immittebam vitrum, cujus inferior tantum pars pauca tegebatur aqua, quodque maioribus variarum herbarum repleueram foliis, in quae, licet eadem non amplius appeterent, mox tamen ſeſe conferebant, minoresque, quas ipſis, evulſis alis, porrigebam, muſcas, auidius deuorabant.

Quum bufones hujus generis majores, vno eodemque tempore cum rana terreſtri, ova pariant atque hinc nati tenelli bufones eodem etiam tempore, ac ranunculi terreſtres, aquas derelinquant et poſt tepidiores pluuias, prope lacus paludesque, plura millia eorundem in terris verſentur: multi, qui horum animalculorum proprietates minus norunt, perſuaſum habent, e nubibus eadem vnacum ranunculis, pluuiae inſtar, delapſa eſſe. Ante quartum ætatis ſuae annum bufones hi generi propagando minus ſunt apti; quum vero nonnulli eorundem admodum grandes euadant, nullum certe eſt dubium, quin vltra quindecim, ceu ſupra iam indicaui, viuant annos.

SECTIONIS QVINTAE

CAP. II.

In quo bufonis dorſo tuberculis exaſperato, oculis rubris, interiores deſcribuntur partes.

Supereſt, vt nunc etiam bufonis terreſtris, dorſo tuberculis exaſperato, vtriusque ſexus, contemplemur interiores partes, reliquis *Tabulae XXI.* iconibus expreſſas, quae eo ipſo quo coire ſolent tempore, quoque perfectiores comparent, depictae fuerunt.

Quodſi hoc tempore foemella aperiatur, cuius oua nondum in tubas, perque eas in vterum ſint delata: præ reliquis partibus maxime conſpicuum eſt ouarium, maximum abdominis occupans ſpatium. Exhibet illud, e corpore exemtum, *icon 23*. Duabus id conſtat primarus partibus, quarum quaelibet aliquot centena continet oua, nigro colore gaudentia, quaeque tunica quadam tenera ea cinguntur ratione, vt pars quaelibet primaria pluribus compoſita videatur lobulis loculisque. Vbi vero ouarium hocce cum pulmonibus, hepate, ventriculo atque inteſtinis, caute e bufonis corpore aufertur, reſtant in illo cor, veſica nec non generationi inſeruientes partes. Ex his conſpiciuntur prae reliquis, binae longae, candidum referentes inteſtiuum, tubae, quae ſi minus fuerint laeſae, perque orificium, prope cor haerens, aere repleantur, ſpeciem habent *iconis 24*. In hac cor pericardio cinctum littera *d* indicatur, binae vero exin oriundae arteriae litteris *e e*. Ad *f f* orificia binarum hiant tubarum, litterae vero *ggg*, *ggg* vtroque in latere ſcriptae, crebriores earundem monſtrant flexus, vbi ſimul notandum reddi illas, in progreſſu ſuo, ſenſim ſenſimque ampliores, donec ad vltimam litteram *g* vtero inſerantur. Hic ſignatus eſt litteris *hhh*, *hhh*, formaque multum differt ab vteris hactenus de ſcriptorum bufonum ranarumque, quum bina propemodum referat cornua; quin crederes, eſſe illum nil niſi binas tubas continuatas, niſi pelluceret, gryſeum veſicae haberet colorem, majorisque eſſet amplitudinis; quum contra alterum tubarum dimidium, vtero cohaerens, turbide carnei ſit coloris, alterum vero ex albo flaueſcat. Ipſi autem ſingulari huic vteri conformationi, procul dubio, adſcribendum eſt, quod oua hujus bufonis, ſub forma binorum filorum radiorumue excernantur. Mediam inter jam deſcriptas partes occupant ſedem, in *icone 24*, appendices foliaceae *k k*, aurantio colore hic tinctae; *i i* bini indicantur renes, quoad colorem carnei; *l* inteſtinum eſt rectum, a reliquis inteſtinis ſectione ſeparatum; *m m* veſica vacua atque hinc complicata.

durch eine kleine Oeffnung der Haut hervorbrechen ſahe, da denn der rechte den andern Tag auf gleiche Weiſe zum Vorſchein kam, und alsdann behielt der Schwanz ſeine bisherige Geſtalt nur noch vier und zwanzig Stunden. Die ſchwarze Farbe des Körpers wurde nun etwas brauner, und die vier Schenkel wurden, wie die Oberfläche des Leibes, ſchwarzfleckicht, der Wurm aber ſahe nunmehro der ein und zwanzigſten Fig. ähnlich. Endlich fieng der Schwanz an kürzer und ſchmäler zu werden, ſo, daß von ſelbigem, den neunzehenden dieſes, kaum noch die Hälffte zugegen, den zwanzigſten aber gar nichts mehr zu ſehen war. Dieſemnach hatte ich nunmehr lauter vollkommene, junge Kröten, die aber zu meiner Verwunderung ſo klein waren, daß ſie wirklich von allen andern hieſigen Frösch- und Krötenarten, die erſt aus dem Wurm entſprungen, an Gröſſe übertroffen werden.

Es hatten meine junge Kröten, nachdem ſie die vier Füſſe erhalten, ihre Schwänze noch nicht abgeleget, als ſie ſich ſchon, aus dem Waſſer zu entkommen, bemüheten; ich brachte dieſelben daher in ein ander Glas, deſſen Boden nur mit Waſſer bedecket war, und in welches ich die groſſen Blätter verſchiedener Gewächſe geleget hatte, da ſie ſich denn ſo gleich auf dieſe begaben, ſolche aber nicht mehr anzubeiſſen verlangten; ſondern die kleinen Mucken, welche ich ihnen nach abgeriſſenen Flügeln hineinwarf, auf das begierigſte wegſchnappten.

Da die erwachſenen Kröten dieſer Art zu gleicher Zeit mit dem Grasfroſch laichen, und die daher entſpringende Jungen, zu einer Zeit mit den kleinen Grasfröſchen das Waſſer verlaſſen, auch nach einem warmen Regen ſich, ohnfern der Teiche und Sümpfe, zu vielen tauſenden auf das Land begeben: ſo glauben viele, denen ihre wahren Eigenſchaften nicht bekannt ſind, es ſeyen ſelbige, ſo wohl als die Fröſche, aus den Wolken, gleich einem Regen, auf die Erde herabgefallen. Bis eine ſolche Kröte im Stand iſt ihr Geſchlecht fortzupflanzen, mus ſie ein Alter von vier Jahren erreichen; da aber welche derſelben ſehr gros werden: ſo iſt kein Zweifel, daß manche länger als funfzehen Jahre leben, wie ich bereits oben angemerket habe.

Des fünften Abſchnittes

Zweytes Capitel.

Worinnen die innern Theile der blatterichten Landkröte, mit rothen Augen, beſchrieben werden.

Nun wollen wir auch die innern Theile unſerer blatterichten Landkröte, beederley Geſchlechtes, nach den auf der *XXI.* Tabelle noch übrigen Figuren betrachten, welche von mir, zur Zeit da ſie ſich zu paaren pflegen, und zu welcher ſelbige am vollkommeſten ſind, verfertiget worden.

Oeffnet man zu dieſer Zeit ein Weiblein deſſen Eyer noch nicht in die Eyergänge und durch ſolche in die Mutter gekommen: ſo wird ſich vor andern Theilen ein überaus groſſer Eyerſtock zeigen, der in dem Unterleib den größten Raum einnimmt. Wir ſehen ſolchen hier, aus dem Leib herausgenommen, in der 23 Figur abgebildet. Er beſtehet aus zwey Hauptheilen, in deren jeden etliche hundert ſchwarze Eyer enthalten, welche ſo mit einer beſondern zarten Haut umgeben ſind, daß ein jeder Haupttheil aus verſchiedenen Beuteln oder Fächern zuſammengeſezet zu ſeyn ſcheinet. Wenn nun dieſer Eyerſtock nebſt der Lunge, der Leber, dem Magen und den Gedärmen behutſam aus der Kröte herausgenommen worden, ſo ſind in ſelbiger, nebſt dem Herzen und der Harnblaſe, noch die zur Erzeugung gehörigen Theile übrig. Unter dieſen fallen die beeden langen, einem weiſſen Darm ähnliche Eyergänge, vornehmlich in die Augen, wenn nun ſelbige nicht verlezet worden und man ſie durch ihre nahe am Herzen befindliche Oeffnung, mit Lufft anfüllet, ſo gewinnen ſie das Anſehen der 24. Figur. In dieſer iſt das mit ſeinem Beutel umgebene Herz mit *d* bezeichnet, die aus ſelbigem entſpringende zwey Pulsadern aber mit *e e*. Die Oeffnung der beeden Eyergänge zeigen uns die zwey *f f* und ihre viele Schlingungen die drey zu jeder Seite befindliche *ggg*, *ggg*; wobey wir aber bemerken, daß ſie im Fortgang immer dicker werden, bis ſie ſich da wo das lezte *g* ſtehet, mit der Bärmutter vereinigen. Dieſe iſt mit *hhh*, *hhh* bezeichnet und ganz anders als in den bisher beſchriebenen Frösch- und Krötenarten geformt und ſtellet gleichſam zwey Hörner vor, ja man würde ſie für nichts anders, als für eine Fortſezung der beeden Eyergänge halten, wenn ſie nicht durchſichtig und gleich einer Blaſe graulicht, auch dabey viel weiter wäre; da hingegen die eine Hälfte der Eyergänge, welche ſich mit der Bärmutter vereiniget, eine trübe Fleiſchfarbe führet, die übrige Hälfte aber gelblichtweis ausſiehet. Eben dieſe beſondere Form der Gebärmutter aber mag wohl Urſache ſeyn, daß dieſe Kröte ihren Laich unter der Geſtalt zweyer Schnüre von ſich giebet. In der Mitte zwiſchen den

http://rcin.org.pl

Reliquae interiores hujus bufonis partes, pulmones puta, hepar, ſplen, ventriculus, inteſtina etc. eadem ſe habent ratione in foemellis, ac in maſculis, jam vero easdem ex maſculo. *figurae 25.* ope, in naturali ſitu cohaeſioneque ſum repraeſentaturus; vbi tamen monendum ſimul eſt, pulmones veſicamque aere a me fuiſſe repletos, quum partes haſce eram depicturus. Poſſunt pulmones aeris ope valde diſtendi, atque hinc ſat ampli apparent, licet longitudine a pulmonibus allium redolentis bufonis ſuperentur. Quoad ſuperficiem exteriorem, ex meris conuexis fereque rotundis, inaequalibus tamen, conſtare videntur veſiculis; permeat etiam eosdem vas majus ſanguiferum, in plures minores ramos diſpertitum; color ipſis magis eſt carneus, quam aliorum horum animalium pulmonibus. Inter lobos pulmonum cor *d.* conſpicitur, binaeque ex eodem prodeuntes arteriae *e e.* Sub corde ſita eſt rotunda atque ex atro virens cyſtis fellea *o*, *pp* magni hepatis ſunt lobi, *q* paruus, ruber rotundusque lien. Ad *r* alter ſe hic tantum conſpiciendum praebet teſticulorum; *ſſ* ventriculus eſt tenuibus cohaerens inteſtinis, quorum aliquam tantum hic videmus partem *u*, in rectum ſeſe inſerentem inteſtinum *t*. Veſica *vv vv* non ſolum ob magnitudinem, ſed etiam ob ſui diuiſionem, qua in duas aequales diſpartita eſſe videtur portiones, notari meretur. Ob amplitudinem veſicae majorem bufo hic colligere ſeruareque poteſt vrinae copiam, qua, dum eandem, vti notum eſt, propellit, in ſui vtitur defenſionem.

Reſtant partes maſculi, generationi inſeruientes, ſub hactenus deſcriptis latentes, atque ab hiſce ſeparatae, *26. icone* repraeſentatae. *k k k* foliaceae, colore aurantio tinctae adipoſaeque ſunt appendices, quae ipſo generationis tempore majores, quam quidem finito illo, comparent. Renes litteris *ii* ſunt ſignati, quibus flaui incumbunt teſticuli *r r*, nunc majores nunc minores, nonnullisque punctulis conſperſi. Quod ad bina attinet ſeminis receptacula, conſtant illa rurſus, vti in bufone allium redolente, vnico tantum canali, ſic tamen inflexo, vt triplex, atque exteriori in parte ſerpentinos tractus imitari videatur. Notata ſunt bina haec receptacula *x x*, reorque, eſſe eadem, illo ipſo nomine, quod iisdem indidi, appellanda; quod illa per aperturam *z*, diſſecti inteſtini recti *y*, aere repleui, hujusque ope detexi. Admodum exigua eſt dicta modo apertura, ita, vt vbi quis eandem ſit detecturus, is illam in extremo inteſtini recti diſſecto, flatu tam diu quaerere debeat, donec cernat, bina haec receptacula aere eſſe repleta.

Monſtrat ſceleton *Fig. 27.* bufonis noſtri terreſtris, eſſe non ſolum caput ipſius *A*, in quo *B B* binas indicant orbitas, breuius craſſiusque quam in aliis horum animalium ſpeciebus; ſed ſunt quoque crurum pedumque oſſa breuiora firmioraque. Differt etiam forma ſcapularum *C C*, oſſis ſterni *D*, oſſium ilium *E E*, nec non ſpinae. Oſſa contra coxae *F F*, vt et longius intra haec poſitum coccygis os *G*, magis ſimilia ſunt iisdem oſſibus ranarum bufonumque aliorum, os autem pubis *H*, multum rurſus diſcrepat. Digitis quaternis pedum anteriorum, aeque ac quinis poſteriorum, non plura ſunt oſſa, quam in aliis; notandus tamen in hiſce eſt digitus quidam ſpurius, qui non, vt in bufone allium redolente, corneae eſt ſtructurae; ſed binis conſtat oſſibus. II. Quod ad ſupra memoratum attinet bufoniten, quem hunc bufonem in capite gerere aſſerunt, fateor quidem, me in eodem nihil reperiſſe lapidi ſimile, niſi quis oſſa cranii bufoniten illum eſſe autumet; ſed plura de eodem diſſerere chartae vetat anguſtia, atque hinc id ipſum alii reſeruo occaſioni.

F I N I S.

Hiſtoriae bufonis terreſtris dorſo tuberculis exaſperato &c.

erſt beſchriebenen Theilen ſind in unſerer 24. Figur die blätterförmigen und hier oraniengelben Anhänge *k k* zu ſehen; durch *i i* aber ſind die beeden Nieren angezeiget, die eine fleiſchrothe Farbe führen; *l* iſt der von den übrigen Gedärmen abgeſonderte Maſtdarm, und *m m* die leere, daher aber auch zuſammen gefaltete Harnblaſe.

Die andern innerlichen Theile dieſer Kröte, als nämlich die Lunge, die Leber, das Milz, der Magen, die Gedärme ꝛc. ſind bey dem Weiblein, wie bey dem Männlein beſchaffen, und nun will ich ſolche aus dieſem, in der 25. Figur, in ihrem natürlichen Zuſammenhang und Lage vorſtellig machen; wobey jedoch zu erinnern, daß die Lunge und Harnblaſe mit Lufft angefüllet worden, als ich dieſe Theile abgebildet habe. Die Lunge *n n n n* läſſet ſich durch die Lufft ſehr ausdehnen, weswegen ſie denn auch ziemlich gros erſcheinet, doch kommt ſie an Länge der Knoblauchkröte ihrer nicht gleich. Der äuſſeren Fläche nach ſcheinet ſie aus lauter erhabenen, aber faſt runden Bläslein zu beſtehen, die aber ungleicher Gröſſe ſind, auch lauft durch ſelbige eine ſtarke Ader, die ſich in verſchiedene kleinere Aeſte vertheilet; der Farbe nach iſt ſie mehr fleiſchfärbig als an andern. Zwiſchen den Lungenblättern, ſehen wir das Herz *d*, mit den aus ſelbigem entſpringenden Pulsadern *e e*. Unter dieſem zeiget ſich die runde und ſchwarzgrüne Gallenblaſe *o*, und *p p* ſind die groſſen Leberlappen, *q* aber iſt das kleine, rothe und rundgeformte Milz. Von den beeden Geilen bekommen wir hier nur die eine bey *r* zu ſehen; *ſſ* iſt der Magen woran die dünnen Därmer hangen, von welchen ſich nur der mit *u* bezeichnete Theil zeiget, welcher in den Maſtdarm *t* gehet. Die Harnblaſe *v v v v* iſt nicht nur alleine wegen ihrer Gröſſe, ſondern auch deswegen merkwürdig, weil ſie ſo ſtark getheilet iſt, daß ſie aus zweyen gleichgroſſen Stucken zu beſtehen ſcheinet; der Gröſſe aber wird zuzuſchreiben ſeyn, daß dieſe Kröte mehr Harn als andere Arten ſammeln, und ſich deſſelben zu ihrer Vertheidigung bedienen kan, wenn ſie ſolchen bekanntermaſſen von ſich ſprüzet.

Nun ſind noch die zur Erzeugung gehörigen Theile des Männleins übrig, welche unter den bisher beſchriebenen verborgen liegen, und von ſolchen losgemachet in der 26. Fig. vorgeſtellet werden. *k k k* ſind die blätterähnlichen, oranengelben, fetten Anhänge, welche zur Laichzeit gröſſer ausſehen als nach ſolcher. Mit *i i* ſind die Nieren bezeichnet, auf welchen oben die gelben Geilen *r r* liegen, die zuweilen auch gröſſer oder kleiner und mit einigen Puncten beſprengt erſcheinen. Was die beeden Saamenbläslein anbelanget, ſo beſtehen ſolche wieder, wie in der Knoblauchkröte nur blos aus einem Canal, der aber hier ſo gebogen lieget, daß er dreyfach zu ſeyn ſcheinet, und deſſen äuſſerſter Theil wegen ſeiner Windungen geſchlängelt ausſiehet. Es ſind dieſe Saamenbläslein mit *x x* bezeichnet, und ich halte ſie deswegen für dasjenige, wofür ich ſie ausgebe, weil ich ſolche durch die a dem aufgeſchnittenen Maſtdarm *y*, bey *z* befindliche Oeffnung mit Lufft angefüllet und alſo zu ſehen bekommen habe. Erſt gedachte Oeffnung iſt ſehr klein, wenn man ſie alſo finden will, ſo mus man hie und da in dem äuſſerſten und aufgeſchnittenen Stück des Maſtdarms durch blaſen dieſelbe ſo lange ſuchen, bis man wahrnimmt, daß ſich die Saamenbläslein mit Lufft anfüllen.

An dem Scelet Fig. 27., unſerer Landkröte iſt der Kopf *A*, in welchem die beeden Augenhöhlen mit *B B* bezeichnet ſind, nicht nur alleine ſtumpfer und dicker als an andern Arten ſolcher Thiere; ſondern es ſind auch die Knochen der Schenkel und Füſſe um vieles kürzer und ſtärker. So haben auch die Schulterblätter *C C*, das Bruſtbein *D* und die Schaufelbeine *E E*, nebſt dem Ruckgrad in etwas eine andere Form. Die Hüfftbeine aber *F F*, ſcheinen ſammt dem langen dazwiſchen ſtehenden Schwanzbein *G*, mit eben dieſen Knochen anderer Fröſche und Kröten mehr Aehnlichkeit zu haben; das Schlosbein hingegen *H* iſt wieder gar ſehr unterſchieden. An den vier Zehen der Vorderfüſſe, ſind wie an den fünfen der hintern nicht mehr Knochen, als bey andern gezählet werden; doch iſt hier an dem hintern Fus noch eine beſondere Affterzehe II. zu bemerken, welche nicht, wie an der Knoblauchkröte hornartig iſt, ſondern aus zwey Gelenken beſtehet. Was den oben berührten Stein anbelanget den unſere Kröte im Kopf führen ſoll, ſo habe ich in ſelbigem nichts einem Stein ähnliches gefunden, es müßte denn ſeyn, daß man die Knochen ſo die Hirnſchale deſſelben ausmachen dafür halten wollte; doch der wenige Raum dieſes Bogens erlaubet mir nicht ein mehreres hievon zu ſagen, weswegen ich denn ſolches auf eine andere Gelegenheit verſpare.

E N D E

der Hiſtorie der blatterichten Landkröte ꝛc.

http://rcin.org.pl

Die Unter-Burg bey Nürnberg.

HISTORIA NATVRALIS
RANARVM NOSTRATIVM.

SECTIO VI.

BVFO VULGO IGNEVS DICTVS, SIVE BVFO AQVATICVS MINOR, RVTILIS MACVLIS IN INFERIORE CORPORIS SVPERFICIE INSIGNIS.

Oder

Die Natürliche Historie Der Frösche hiesiges Landes.

Sechster Abschnitt.

Die so genannte Feuerkröte, oder die kleine Wasserkröte, so an der untern Fläche mit feuerfarben Flecken bezeichnet ist.

CAPVT I.

Generatio bufonis ignei.

Mentionem feci in historia bufonis allium redolentis, p. 71. bufonis etiam ignei, dixique me eundem heic loci semel tantum, & licet iam ab eo tempore octo elapsi fuerint anni, nusquam amplius vidisse, hincque me dubitare, vtrum illum hoc in opere essem descripturus; sed accidit, præter omnem spem opinionemque meam, vt postmodum, bis verno tempore, tot eiusmodi bufones obti-

Erstes Capitel.

Die Erzeugung der Feuerkröte.

Als ich die Knoblauchkröte beschrieb, meldete ich S. 71. von der Feuerkröte, daß ich selbige allhier nur einmal, seit acht Jahren aber nicht mehr, zu Gesichte bekommen, und daß ich also zweifelte, ob ich solche in diesem meinen Werck würde beschreiben können; seit der Zeit aber bin ich glücklicher gewesen, als ich vermuthet, indem ich diese Kröte, zwey Frühlinge nacheinander,

http://rcin.org.pl

obtinuerim, vt nunc plenam eiusdem tradere possim historiam.

Est bufo hic, ex quatuor illis mihi notis speciebus, aeque ac rana arborea ex tribus a me descriptis ranis, minimus, persuasumque habeo, licet vltra decem viuat annos, eundem nunquam maiorem rana viridi reddi, quin eandem vix magnitudine esse æquaturum. Repræsentaui vnum ex maioribus *Tab. XXII, icone 1.*, foemellam, multaeque dantur ranae arboreae, hunc crassitudine magnitudineque superantes.

Originem germanicæ appellationis, qua igneus bufo dicitur, vix aliunde deriuandam esse puto, quam a rutilis illis vivideque aurantiis maculis, quibus in inferiore corporis superficie, scatet exornaturque, in quo consentientem habeo Libavivm, *) sequentem in modum de illo differentem: *quia sub ventre plerumque flauities cum rubedine coniuncta est, flammea ex colore lychni, flammam talem exhibentis, a vulgo est dicta,* (rubeta) vbi vero dein addit, *nomen latinum Rubeta, quod speciali prærogatiua vendicare sibi hæc rana videtur, non a rubis tam, quam a rubore* oriri, omino ipsi assentior; minus vero, quando dicit, appellari illam hoc nomine, *quod rubus vepresque servet physalo sanctius, tanquam natales proprios.* Licet vero de alia, non de mea, sermo ipsi esse videatur, rubeta, dum dicit, *vivere illam in sicco maxime, minusque hoc genus in aquis deprehendi quam caetera omnia; nasci non in terra solum, sed & in solidis lapidibus:* ego tamen ignoro, dari rubetam bufonibus terrestribus annumerandam; si vero eiusmodi detur, persuasum quidem habeo, parere eandem, perinde ac alios a me descriptos bufones, oua sua in aquis, neque in terra solidisue nasci lapidibus. Sed concedam licet dari etiam rubetam terrestrem, mea certe aquatica est, verisimileque mihi videtur, Libavivm veram illius minus habuisse notitiam.

Cru-

*) Batrachiorum L. II. Cap. 15. p. 435.

in solcher Menge erhalten, daß ich nunmehr im Stand bin von selbiger umständliche Nachricht mitzutheilen.

Es ist diese Kröte unter den vier mir bekannten Krötenarten, so wie der Laubfrosch, unter den von mir beschriebenen dreyerley Fröschen, die kleinste, und ich glaube, daß wenn sie auch ein Alter von mehr als zehen Jahren erreichet, selbige doch niemals gröser, ja kaum so gros als der Laubfrosch werde. Auf der *XXII.* Tabelle habe ich eine der grösten in der 1. Figur vorgestellet, es ist selbige ein Weiblein, und es giebt wohl Laubfrösche, welche von Leib noch stärker und ansehnlicher als dieses sind.

Von ihrer deutschen Benennung, nach welcher sie die Feuerkröte heisset, weis ich keinen andern Ursprung anzugeben, als weil sie auf ihrer ganzen Unterfläche mit schönen feuerrothen, oder hochoraniengelben Flecken besprenget und ausgezieret ist, und hierinnen stimmet auch Libavius mit mir überein, welcher von ihr also schreibet: *) weil sie am Bauch gelb und roth ist, wird sie von dem gemeinen Volck, indem sie wie die Flamme eines Lichtes gefärbet ist, die Feuerkröte genennet, und wenn er diesem noch beyfüget, daß man auch dafür halte, der lateinische Name Rubeta, welcher ihr besonders beygeleget wird, komme nicht so wohl von rubis den Brombeersträuchen, als von rubore der Röthe her: so stimme ich ehender demselben bey, als wenn er, daß erstere zu behaupten, saget, sie pflege sich mehr als die Landkröte unter den Brombeer- und Dornensträuchen, welche ihr eigentlicher Geburtsort seyen, aufzuhalten. Denn ob er gleich von einer andern Feuerkröte, als ich, zu reden scheinet, indem er meldet: sie halte sich vornehmlich im Trockenen auf, werde auch weniger als alle andere Arten im Wasser gefunden, und würde nicht alleine in der Erde, sondern auch in vesten Steinen erzeuget: so weis ich doch nicht ob es wohl wirklich eine solche Feuerkröte gebe, welche unter die Landkröten zu rechnen seyn sollte; wenigstens wenn es eine solche giebt, so wird sie doch auch, gleich den andern von mir beschriebenen Krötenarten, ihr Laich im Wasser von sich geben, und nicht in der Erde oder in vesten Steinen erzeuget werden. Doch es mag nun auch eine Landfeuerkröte geben

oder

http://rcin.org.pl

Crura poſteriora, quorum ope rubeta mea ſaltat natatque, ſatis ſuperque indicant, eſſe illam aquaticum potius quam terreſtrem bufonem, quum quinque digiti pedum, aeque ac digiti pedum anatum anſeruamque, ad extrema vsque, membrana quadam nectuntur, quæ ipſam natationem haud parum promouet; quoniam vero multo minor eſt bufone allium redolente, minorem illam appello bufonem aquaticum.

Quemadmodum vero bufo aquaticus maior, ſiue bufo allium redolens, rarius apparet; ſic & minor hic difficulter reperitur; minori tamen capitur negotio menſibus Maio lunioque, quibus tempus, quo generationi nauat operam, appropinguat, rarius vero Aprili. Verſatur maxime dicto tempore in turbidis foſſarum paludumque aquis; ſed & in hiſce eundem vix ſine adhibita deprehendes cautione; adeo enim timor illum reddit prouidum, vt vix integrum caput, ſed protuberantes tantum oculos naresque, ex vndis exſerat, ſicque omnia e longuinguo etiam a propinguantia illico conſpiciat ſubitoque in inferiora ſe praecipet loca, nulla fere in aquae ſuperficie facta agitatione.

Dicit LIBAVIVS laborare rubetam ſuam vocis defectu; mea vero gaudet voce; non quidem foemella, aſt maſculus. Edit ſcilicet ſurdum ſed citius iteratum grunnitum, & interdum ſimili ratione productum tonum, riſum fere referentem, minusque ingratum, quam reliqui fundunt bufones, nec non lenius acutiusque ſonantem; ſed nulla tum, neque in gula, neque prope os, vt aliis in ranis bufonibusque, conſpicitur mutatio.

Minus diſtant protuberantes oculi in capitis ſuperficie poſiti, quam in reliquis; hinc vero eſt quod bufo hic caput ſuum, aera hauſturus, parum ex vdnis exſerat. Notari vero meretur, ipſis in oculis, pupillam in obſcuro ſemper apparere orbicularem, ceu ex *1* patet *icone*, in aprico vero ita eſſe contractam, vt perfectum referat triangulum, id quod *4.* indicatur *icone*, exin vero colligo, abhorrere bufonem hunc diurnam lucem, forteque noctu tantum terras petere. Ambit triangulum, ab iride formatum, tenuis aureusque limbus, reliquus vero oculi globus, fuſcus magis quam flauus eſt.

Tingitur vniuerſa rubetae noſtrae ſuperior ſuperficies ſpurco oliuae colore, in quibusdam ſaturatiore, in aliis pallidiore; ſcatet inſuper illa, in corpore aeque ac cruribus, pluribus diuerſae magnitudinis puſtulis tuberculisque. Ornant eandem prope os, ſuperiore in maxilla, obſcurae nigraeue maculae ordinatim poſitæ, ſimilibus fere conſperſi etiam ſunt pedes quatuor, eorundemque digiti. Gratior amœniorque aſpectu eſt ſuperficies inferior, cuius vero exiguam tantum in *1. icone* cernimus portionem, prius tamen quam oculos noſtros ab hac, in aliam conuertamus, notandum eſt, monſtrare illam, eſſe rubetam hanc agile vegetumque ani-

oder nicht, ſo iſt doch die meinige mehr eine Waſſerkröte, und vielleicht hat Libavius von ſelbiger keine richtige Nachrichten gehabt.

Die hintern Spring- und Schwimmfüſſe geben an der meinigen gewis zu erkennen, daß ſie mehr eine Waſſer- als Landkröte ſeye, weil die fünf Zehen derſelben, bis an ihr äuſſerſtes Ende, gleich den Enten- oder Gänsfüſſen, vermittelſt einer Haut zuſammenhangen, wodurch ihr das Schwimmen erleichtert wird; weil ſie aber die Knoblauchkröte, die ich ebenfalls für eine Waſſerkröte angegeben, an Gröſſe nicht erreichet; als nenne ich dieſelbe die kleine Waſſerkröte.

Gleichwie nun aber die gröſſere Waſſerkröte, oder die Knoblauchkröte etwas ſelten zum Vorſchein kommet, ſo iſt auch dieſe kleinere eben nicht allezeit leicht zu finden; doch kan man ihrer am eheſten im May und Junio, da ihre Laichzeit herbeynahet, seltener aber im April habhaft werden. Zu erſt gedachter Zeit hält ſie ſich am liebſten, in den ſtillſtehenden und trüben Waſſern, der Gräben und Regenpfüzen auf. Doch hat man ſie auch da mit Vorſicht zu ſuchen: denn die Furcht macht ſie ſo ſchlau, daß ſie nicht leicht ihren völligen Kopf, ſondern nur ihre erhabene Augen und die Naſenlöcher über die Oberfläche des Waſſers hervorragen läßt, wobey ſie alles was ſich ihr auch nur von ferne nahet, ſogleich erblicket, und alſobald in die Tiefe fähret, ohne dabey in der Oberfläche des Waſſers eine merkliche Bewegung zu verurſachen.

Libavius ſaget, ſeine Feuerkröte gebe keinen Laut von ſich; die meinige hingegen läßt dergleichen hören: doch nicht das Weiblein, ſondern das Männlein. Es beſtehet ſolcher in einem etwas ſtillen aber etlichemal hinter einander ſchnell wiederholten Gurren, zuweilen aber auch in einem auf gleiche Weiſe hervorgebrachten Unken, ſo faſt einem Gelächter gleich kommet, und nicht ſo unangenehm als bey andern Kröten lautet, indem es aus einem ſanften und höhern Thon gehet; wobey man aber an der Kehle der Kröte, oder um den Mund derſelben, keine beſondere Veränderung, wie an andern Frösch- und Krötenarten wahrnimmt.

Die beeden erhabenen Augen ſtehen, auf der Oberfläche des Kopfes, viel näher beyſammen, als bey andern; und eben deswegen hat dieſe Kröte nicht nöthig, ihren Kopf, wenn ſie Lufft holen will, aus dem Waſſer weit hervor zu ſtrecken. In den Augen ſelbſt aber iſt dieſes als was beſonderes zu bemerken, daß der ſo genannte Seher im dunkeln allezeit zirkelrund, wie an der 1. Figur erſcheinet, im hellen Licht aber ſich ſo zuſammenziehet, daß er ein ordentliches Dreyeck vorſtellet, wie aus der 4. Figur zu erſehen, woraus zu ſchlieſſen, es müſſe dieſe Kröte das Tageslicht ſcheuen, und ſich vielleicht mehr bey Nacht auf das Land begeben. Das von der ſogenannten Regenbogenhaut formirte Dreyeck, iſt mit einer ſehr zarten goldgelben Linie eingefaſſet, der übrige Theil des Augapfels aber erſcheinet mehr braun als gelb.

Auf der ganzen Oberfläche führet unſere Kröte einen kothicht olivenfarben Grund, der in einigen dunkler, in einigen aber auch heller iſt; ferner zeigen ſich auf ſelbiger, ſo wohl am Leib als an den vier Schenkeln, viele Blattern oder Warzen von ungleicher Gröſſe. Am obern Kiefer iſt ſie um den Mund herum, etwas ordentlich, mit dunkeln oder ſchwarzen Flecken ausgezieret, und mit eben dergleichen ſind auch die vier Füſſe ſammt den Zehen beſprenget. Ihre Unterfläche hat ein lieblicheres und friſcheres Anſehen, von welcher wir aber in unſerer 1. Figur wenig wahrnehmen können; ehe wir jedoch um ſolche zu

http://rcin.org.pl

animal, quin aequat, imo vero ſuperat, in natando aeque ac ſaltando, terreſtrem celeritate ranam.

Quum rubeta haec lucem diurnam minime amare videatur, hinc etiam matutino tantum veſpertinoque tempore, peracta generatione, in terris, prope aquagia offenditur, quibus, vbi propius quicquam accedit, confeſtim ſe occultat. Quodſi vero ab iis arceatur, ad terram ſeſe applicat, quo melius lateat minusque cernatur; vbi vero eandem turbaueris tetigerisque, adeo mira formam ſuam mutat ratione, vt credideris, beſtiam, quam modo oculis vidiſti, in aliam prorſus fuiſſe mutatam; atque tum ſimilis eſt *2. iconi.* Ita ſcilicet caput, quatuorque cum pedibus crura, in dorſo, aluei inſtar contracto, collocat, vt ſuperficies potius inferior, aurantio, quam ſuperior, oliuae colore tincta, conſpiciatur, atque ipſa colorem ſaltem mutaſſe videatur. Hanc formam per decem fere momenta ſeruat, donec ſe tutam rurſus arbitretur; ſi vero eandem denuo turbes, ex craſſiore crurum poſteriorum parte ſpumam emittit ſaponato ſimilem, nullum tamen fundentem foetorem; ſenſimus vero D. Hvth, ego atque alii, vbi eiusmodi rubetam viuam diſſecabamus, in oculis aeque ac naribus, rodentem pruritum, qualem, qui coryza laborant, percipere ſolent.

Vt vero etiam inferiorem huius rubetae contemplari poſſimus ſuperficiem, eandem *icone tertia* ſupinam repraeſentaui; haec vero monſtrat, eſſe non ſolum omnem corporis inferiorem ſuperficiem, ſed & quatuor crura, pedumque plantae, rutilis vel aurantiis inſignia maculis. Quodſi vero quis putet, conſtituere maculas haſce primarium colorem, intermiſtus caeruleus atro cinctus, color, maculas efficere, dicendus eſſet; ſed quicquid ſit, appellatur bufo hic ipſas propter maculas haſce, rubeta ignea flammeaue. Aſt enim vero variant in rubetis hiſce, oriundae ex binis illis coloribus maculae, colore & magnitudine, inque tenellis pallidiores apparent. Nutriuntur hae rubetae inſectis tantum.

Solent rubetae hæ ſolemniter menſe Iunio coire, ouaque parere. Copulantur equidem Aprili quoque & Majo; ſed parum durat copulatio hæc, quum ſæpius rurſus ſeparentur, atque adeo illa, verae potius dicenda ſit praeludium. Vix dimittit maſculus foemellam ſuam Iunio menſe, ſed fortius eandem, ad modum maioris aquatici, vel allium redolentis bufonis, circa lumbos comprehenſam tenet, quemadmodum *4.* indicat *icon*, vbi foemella litteris *aaa*, maſculus *bb* ſignatus eſt, huius vero bina brachia, quibus illam complectitur, oſtendunt litterae *cc.*

Propagationis rationem vidi annis 1754 & 1755. deque ea ſequentia notaui. Primum, quod attentius, hoc ob negotium, obſeruaui par, venereis calluctationibus

betrachten, von dieſer weggehen, habe ich noch zu erinnern, daß uns ſelbige zeige, wie dieſe Kröte eine muntere und lebhafte Creatur ſeye, auch iſt ſie wirklich, ſo wohl wenn ſie im Waſſer ſchwimmt, als auch im Hupfen auf dem Land, ſo ſchnell, ja noch ſchneller als der Grasfroſch.

Da dieſe Feuerkröte keineswegs des Tages Freund zu ſeyn ſcheinet, ſo trifft man ſie auch nur des Morgens und Abends nach der Laichzeit, auf dem Land, ohnfern der Waſſergräben an, in welche ſie ſich ſogleich wieder zu verbergen ſuchet, wenn ihr etwas zu nahe kommet. Wird ſie aber ſolche zu erreichen verhindert, ſo duckt ſie ſich ganz platt auf die Erde nieder, um ſich zu verbergen und gleichſam unſichtbar zu machen; beunruhiget man ſie aber und wird ſie etwann berühret, ſo verändert ſie ihre Form auf eine ſo beſondere Weiſe, daß es das Anſehen gewinnet, als hätte ſich die Creatur, welche man den Augenblick vor ſich gehabt, in eine andere verwandelt; und in eben dieſer Stellung erſcheinet ſie in unſerer 2. Figur. Sie leget nämlich ihren Kopf nebſt den vier Schenkeln und Füſſen, über den nach der Form einer Mulde ausgeholten und zuſammen gezogenen Rucken, ſolchergeſtalt zuſammen, daß man mehr die oranienfarbe Unterfläche, als den olivenfarben Grund der obern zu ſehen bekommet, und ſie alſo wenigſtens ihre Farbe verändert zu haben ſcheinet. In dieſer Stellung bleibt ſie wohl bey zehen Minuten ganz unbeweglich liegen, bis ſie ſich wieder ſicher zu ſeyn glaubet; läßt man ſie aber noch nicht in Ruhe, ſo treibt ſie aus dem dicken Obertheil der hintern Schenkel einen Schaum heraus, der dem Seiffengeſicht gleicht, wobey man zwar keinen Geſtank empfindet; doch aber hat ſo wohl Herr D. Huth als ich und andere, wenn wir eine ſolche Kröte lebendig eröffnet, in den Augen und der Naſe ein Jucken und Beiſſen gefühlet, dergleichen diejenigen zu empfinden pflegen, welche mit dem Schnupen behaftet ſind.

Damit wir aber auch die untere Fläche dieſer Kröte recht ſehen können: als habe ich ſelbige, in der 3. Figur, auf dem Rucken liegend vorgeſtellet, und da werden wir gewahr, daß nicht nur alleine die völlige Unterfläche des Körpers, ſondern auch die vier Schenkel nebſt den Fußſolen, mit ſchönen feuerrothen, oder oraniengelben Flecken gezieret ſeyen. Wollen wir aber dieſe Flecken für die Grundfarbe annehmen: ſo müßte das zwiſchen denſelbigen befindliche ſchwarz eingefaßte Blaue für Flecken angeſehen werden; doch genug, dieſe beede Farben machen eben, daß dieſe Kröte die Feuerkröte genennet wird. Es haben aber die daher entſtehende Flecken, nicht bey jeder Kröte dieſer Art einerley Anſehen und Gröſſe, und bey den jungen, ſind ſie viel blaſſer. Ihre Nahrung beſtehet in lauter Inſecten.

Der Monat Junius iſt die eigentliche Zeit, zu welcher ſich dieſe Kröten paaren, und ſodenn laichen. Sie werden zwar auch zu Anfang des Aprils und May gepaaret angetroffen; alleine dieſe Paarung iſt von keiner Dauer, weil ſie einander öfters wieder verlaſſen, und ſolche nur ein Vorſpiel der wahren zu ſeyn ſcheinet. Im Monat Junio, läßt das Männlein ſein Weiblein nicht ſo leicht wieder los, ſondern es hält ſelbiges beſtändig, wie die groſſe Waſſer- oder Knoblauchkröte, hinten um die Lenden veſte, wie die 4. Figur weiſet, wo *aaa* das Weiblein und *bb* das Männlein anzeiget, deſſen beede Arme, mit welchen es ſeine Gattin veſt hält, die Buchſtaben *cc* andeuten.

Was die Art anbelanget, nach welcher dieſe Kröten ihr Geſchlecht fortpflanzen: ſo habe ich ſolche in den Jahren 1754. und 1755. beobachtet und fol-

http://rcin.org.pl

nibus operari incipiebat die decimo ſeptimo Iunii, hora pomeridiana prima, vbi iam per octo dies fuerat copulatum. Quum vero haec bufonum ſpecies omnia velocius peragat, ſic et oua illius citius foecundantur emittunturque, ita vt vtrumque opus ab hoc pari iam hora quarta, atque adeo ſpatio trium horarum fuerit peractum. Durante hoc tempore duodecies iterabatur foecundatio, ratione iam enarranda. Vbi foemella amatorios ſentiebat dolores, in fundum ſeſe demittebat, maſculus vero valde tum corpus ſuum contrahebat, illud tamen non aeque ac maſculus maioris bufonis aquatici gibberum reddens. Propius tum ad foemellae anum ano admoto, poſteriorem corporis ſui partem velociſſime ab vno alterum verſus motitabat latus, quod dum fiebat, paruam ſpermatis foemella excernebat portionem, maſculus vero immota tenebat bina ſua poſteriora crura atque vt antea ab inuicem diſtantia. Simul ac vero maſculus primam ſpermatis portionem foecundaverat, exporrigebat foemella bina propius ſibi admota crura poſteriora ſua, vt et ipſum corpus, in longitudinem. Deſcendebat tum foecundata ſpermatis portio in fundum, atque dein componebant ſe rurſus bini bufones ad formam 4 *iconis*, poſt quietem vero quindecim momentorum iterabant ludos ſuos, ad duodecimam, ceu iam dixi, colluctationem vsque.

Separabantur illico poſt excretam vltimam ſpermatis portionem, atque tum duodecim in vitro numerabam eiusmodi portiones 5 *iconi* ſimiles. Conſtabant nonnullae earum viginti quatuor trigintaue ouis, quaedam vero paucioribus: in aliquibus enim viginti tantum numeraui. Quemadmodum vero ouorum, ſic etiam portionum ſpermatis, quae poſtmodum, dicta ratione, ex aliis obtinui foemellis, differebat numerus. Ipſum ſperma fundo ſemper incumbit, neque vnquam, niſi fortuito id fiat, in ſuperiorem aquae aſcendit ſuperficiem; hoc tamen habet ſibi proprium, quod in ipſo contenta oua maiora ſint illis aliarum ranarum bufonumque, licet noſter bufo omnium ſit minimus. Erant oua haec rotundae formae colorisque pallidi vel flaui, in quo macula notabatur ſubfuſca tertiam fere ſuperficiei occupans partem. Gluten pellucidum, quodlibet cingens ouum, initio quidem contractius eſt, ceu 5. monſtrat *icon.*, elapſis vero binis horis magis iam erat dilatatum, ut 6 indicat, vtrumque vero eodem, quo foemella oua haec pepererat, obſeruaui decimo ſeptimo Iunii die. Poſtero mane, dieque adeo decimo octauo eiusdem menſis, maior erat ouorum aeque ac glutinis moles, quin perierat prorſus fere rotunda illorum forma, quum, nonnulla eorum 7. id referente *icone*, eam paſſa erant impreſſionem vt dimidium referrent iuglandis putamen; nonnulla vero rotunda quidem erant, ſed appendicem monſtrabant verrucoſam, ita, vt piri fere haberent formam; atque haec foecundata, illa uero minus erant foecundata.

folgendes davon aufgezeichnet. Das erſte Paar, welches ich in dieſer Abſicht mit Aufmerkſamkeit beobachtet, fieng ſein Liebesſpiel den ſiebenzehenden Junii, Nachmittags um ein Uhr an, nachdem ſelbiges bereits acht Tage vorher gepaaret geweſen. Gleichwie aber dieſe Krötenart in allen ihren Verrichtungen ſehr hurtig iſt: ſo gehet auch die Befruchtung und Geburt des Laiches geſchwind von ſtatten, ſo, daß beedes bey dieſem Paar ſchon um vier Uhr, und alſo in einer Zeit von drey Stunden vollbracht war. Während dieſer Zeit, geſchahe die Befruchtung zu zwölf verſchiedenen malen, wobey es folgendermaſſen zugieng. Wann dem Weiblein die verliebten Wehen ankamen, ſo legte es ſich auf den Boden, daß Männlein aber ſchob ſodenn ſeinen Leib ziemlich kurz zuſammen, ohne dabey einen ſo erhöhten Rucken, wie das Männlein der groſſen Waſſerkröte ſehen läßt, zu machen. Wenn nun ſein Affter, nahe über das Weiblein ſeinem zu ſtehen kam, ſo bewegte es ſeinen hintern Theil ganz ſchnell von einer Seite zur andern, während ſolchem aber gab das Weiblein einen kleinen Klumpen ſeines Laiches von ſich, wobey die hintern Schenkel des Männleins ganz ruhig blieben, und wie ſonſt von einander ſtunden. So bald aber der erſtgebohrne Klumpen von Laich durch das Männlein befruchtet worden, ſo bald ſtreckte das Weiblein ſeine hintern Schenkel, welche ganz nahe an einander lagen, ſammt dem Leib, der Länge nach aus. Der für dieſesmal befruchtete Laichklumpen fiel ſo dann zu Boden, beede aber nahmen hierauf wieder die Stellung der 4. Figur an; nachdem ſie aber etwan funfzehen Minuten ausgeruhet hatten, fiengen ſie das nämliche Spiel wieder an, bis ſie ſolches, wie bereits gemeldet, zwölfmal getrieben hatten.

So bald der letzte Klumpen des Laiches gebohren war, ſo bald verlieſſen die beeden Kröten plözlich einander, worauf ich in dem Glas zwölf Klumpen des Laiches zählte, welche ſo, wie ſie die 5 Figur darſtellet, ausſahen. Einige derſelben beſtunden aus vier und zwanzig bis dreyſig Eyern, einige aber auch aus wenigern, wie ich denn in etlichen nur zwanzig zählte. Wie nun aber dieſer ihre Zahl nicht gleich war, ſo war auch die Anzahl der Klumpen ſelbſt, welche ich nachgehends auch von andern ſolchen Krötenweiblein auf oben beſchriebene Weiſe erhielte, nicht allezeit gleich. Der Laich ſelbſt bleibt immerzu im Waſſer auf dem Grund liegen, und kommt, wenn es nicht zufälliger Weiſe geſchiehet, niemalen auf die Oberfläche; hierinnen aber hat er etwas beſonderes, daß die in ſelbigem enthaltene Körner oder Eyer, gröſſer ſind als aller der andern Frösche und Kröten ihre, obgleich gegenwärtige Kröte unter ihnen die kleinſte iſt. Sie führen bey ihrer kugelrunden Form gröſtentheils eine blaſſe oder gelbe Farbe zum Grund, in welcher ein braunlichter Flecken zu bemercken, der nicht gar den dritten Theil der Oberfläche einnimmt. Der durchſichtige Schleim, wovon ein jedes dieſer Eyer umgeben wird, iſt anfangs nicht viel ausgebreitet, wie die 5 Figur zeiget, doch nach Verflus zweyer Stunden hatte er ſich, wie aus der 6. Figur zu erſehen, ſchon mehr ausgedehnet; beedes aber habe ich an ſelbigem den ſiebenzehenden Junii, an welchem ſie das Weiblein geleget hatte, wahrgenommen. Den darauf folgenden Morgen, und alſo den achtzehenden dieſes Monats, waren ſo wohl die Eyer als der ſie umgebende Schleim im Umkreis gröſſer geworden, ja jene hatten bereits ihre runde Form völlig verlohren, wie aus der 7. Figur wahrzunehmen, und ſahen theils ſo eingedruckt aus, daß ſie eine halbe Nusſchale vorſtellten; theils aber waren ſie zwar noch rund, doch hatten ſie nunmehr gleichſam einen warzenförmigen Anhang, ſo, daß dieſelben wie eine Birne ausſahen, und dieſe waren die befruchteten, jene aber die unbefruchteten.

http://rcin.org.pl

Die vigeſimo Iunii, conſpiciebam iam, in ouis piriformibus foecundatisue, vermiculum albidum, incurvatum, qui omnem iam abſumſiſſe vitellum videbatur, quum membranula illum cingens pellucebat; quodlibet tamen ouum ſuum adhuc circumfundebat gluten; ipſi vero vermiculi motu ſuo iam gaudebant; non ſolum enim capiti caudam ſaepius admouebant; ſed uertebant etiam, ſat tamen lente, interdum corpus ſuum: quae horum vermiculorum fuerit facies, ex 8. diſci poteſt *icone*. Vbi vero poſtea, ſubuiride nunc redditum gluten continens, exterior rumpebatur pellicula, illa ſupererat, quae vermiculum concluſum tenebat, (*Fig. 9.*) ſed hac etiam euaneſcente, alia ille adhuc cinctus erat, quam tamen ipſe tandem diſrupit, ita, vt die vigeſimo quarto Iunii, prorſus liber eſſet; id quod tamen his citius illis tartius obtigit.

Den zwanzigſten Junii wurde ich in den birnförmigen oder befruchteten Eyern bereits eines weißlichten Würmleins gewahr, welches ganz gekrümmt darinnen lag, den Dotter aber völlig aufgezehret zu haben ſchien, weil das Häutlein deſſelben, welches das Würmlein noch umgab, durchſichtig war; doch lag jedes noch in ſeinem Schleim, und die Würmlein fiengen ſich bereits zu bewegen an, indem ſie ſo wohl Kopf und Schwanz öffters ganz geſchwinde zuſammen brachten, als auch ſich manchmalen ganz langſam umwanden: wie dieſe Würmlein ausſehen, zeiget die 8. Figur. Nachdem hierauf die den Schleim, der unterdeſſen grünlicht geworden, umgebende zarte und äuſſerſte Haut geborſten war, zeigte ſich noch diejenige, worinnen das Würmlein verſchloſſen lag (Figur 9), als aber auch dieſe ſich verlohr, war ſolches doch noch in einer andern enthalten, welche aber endlich von den Würmlein ſelbſt zerriſſen wurde, ſo, daß es den vier und zwanzigſten Junii völlig frey war, welches jedoch bey einigen ehender und bey andern ſpäter geſchahe.

Similes erant hi vermiculi *10. iconi*. Corpus illorum gracilius aequabat caput craſſitudine, acuminata vero cauda eandem cum corpore capiteque habebat longitudinem. Capiti ſubfuſcus erat color, corpori caudaeque, pallide flaueſcens. Differebat caudam ambiens pinna, ab illa aliorum gyrinorum, acuto quodam proceſſu, prope corpus, ſuperius aeque ac inferius, conſpicuo, cui ſimilis poſtmodum etiam in dorſo eminebat; pinnae color in cinereum vergebat.

Es hatten dieſe Würmlein die Geſtalt der 10. Figur. Ihr Leib war rahnig, und der Kopf kam ihm an Dicke gleich; der zugeſpizte Schwanz aber war ſo lang als beede zuſammen. Der Farbe nach war der Kopf bräunlicht, der Leib und Schwanz aber blasgelblicht. Die den Schwanz umgebende Floſſe, unterſchiede ſich in ſo ferne von eben dieſer Floſſe anderer Froſchwürmer, daß ſie nahe am Leib, oben und unten, einen ſpizigen Fortſatz hatte, dergleichen ſich auch nachgehends auf dem Rucken zeigte, ihre Farbe aber fiel in das graue.

Licet vero gyrini hi indies alacriores redderentur, hactenus tamen non aeque viuaces illos eſſe animaduertebam, ac quidem alios fuiſſe iam obſeruaueram. Nutriebantur lentore illo, qui tam in vitri fundo, quam aquaticis in plantis, in eodem contentis, haerebat; has enim ipſas, aeque vt lenticulas paluſtres, minus appetebant, vaſis fundo ſemper incumbentes.

Ob nun aber gleich dieſe Krötenwürmer nunmehr täglich munterer wurden, ſo konnte ich doch zu dieſer Zeit an ſelbigen noch nicht ſo viel Lebhaftigkeit beobachten, als an andern dergleichen Würmern, ſonſt von mir bemerket worden. Ihre Nahrung ſuchten ſie in dem Schleim, der ſo wohl auf dem Boden des Glaſes, als an den in ſelbigem befindlichen Waſſerpflanzen hienge; denn dieſe wollten ſie, ſo wenig, als die Waſſerlinſen, anbeiſſen, wie ſie denn auch immer auf dem Boden liegen blieben.

Die trigeſimo Iunii referebant plurimi horum gyrinorum, forma ſua, *11. iconem*, atque tum accedebant ſimilitudine ad marinum illum piſcem, quem *orbem non ſpinoſum* appellant; ſed forma tantum, non magnitudine. Craſſus ipſis quin tumidus erat venter, veſicam fere referens pellucidam, in qua nulla omnino conſpiciebantur inteſtnia; reliquum vero corpus priſtinam ſeruarat faciem, priſtinam longitudinem; neque etiam in capite vllam factam fuiſſe mutationem apparebat. Nec aliam poſtmodum induebant formam, ſed creſcebant magnitudine, ita, vt nonnulli eorundem quinto ſextoque Iulii *12 iconis* ſpeciem haberent, quo ipſo tempore caput oculique, cum craſſo pellucidoque ventre comparata, ſat erant exigua; ipſum tamen caput perinde ac cauda carnoſa reliquumque corpus, quod a ventre ſeparatum quaſi videbatur, obſcuriorem nunc monſtrabat colorem. Verſabantur tum gyrini mei in vi ri adhuc fundo, veſcebanturque viridi lentore ibidem haerente, hanc ipſam vero ob cauſſam rarius puram iisdem affun debam aquam: hunc enim illos comedere lentorem, hinc certior reddebar, quod videbam, loca illa quae arroſerant alio induta colore; hinc autem in eam deducebar cogitationem, veſci potiſſimum gyrinos hoſce teneriore aquatico muſco, factumque hinc fuiſſe, vt eosdem nunquam, ceu alios gyrinos, in aquis viderim ſtagnantibus.

Den dreyſigſten Junii hatten die meiſten derſelben die Geſtalt der 11. Figur angenommen, und da zeigte ſich an ihnen mit demjenigen Seefiſch, welchen man die glatte Meertaube nennet, einige Aehnlichkeit: wiewohl nur der Form nach, denn der Gröſſe nach würde hier kein Vergleich ſtatt finden. Ihr Bauch war ſehr dick und gleichſam aufgeſchwollen, glich auch faſt, weil nichts von den Eingeweiden darinnen zu ſehen war, einer durchſichtigen Blaſe; auſſer dieſem aber hatte ihr ganzer Körper noch die vorige Geſtalt und Länge, wie denn auch an dem Kopf keine Veränderung wahrzunehmen geweſen. Und ſo blieben ſie noch eine gute Zeit unverändert, auſſer daß ſie an Gröſſe wuchſen, und alſo zum Theil den fünften und ſechſten Julii der 12. Figur gleich ſahen, zu welcher Zeit der Kopf mit ſeinen Augen, in Anſehung des dicken und durchſichtigen Bauches noch klein war; doch hatte er nebſt dem fleiſchernen Schwanz und dem übrigen Körper, der ſich vom Bauch ſehr merklich unterſchieden zeigte, nunmehr eine dunklere Farbe. Unterdeſſen blieben ſie noch immer auf dem Boden des Glaſes, und nährten ſich von dem daſelbſt befindlichen grünen Schleim, ſo, daß ich ihnen nicht öffters friſches Waſſer geben durfte: denn daß ſie dieſen Schleim verzehrten, davon wurde ich dadurch überzeuget; weil der Ort wo ſie dieſen Schleim abgenaget hatten, eine andere Farbe bekam; eben dieſes aber brachte mich auf die Gedanken, daß ſie vornehmlich das zarte Waſſermoos zu ihrer Speiſe gebrauchten, und daß dieſes wohl die Urſache ſeyn mögte, warum ich ſie niemals, wie andere dergleichen Würmer, in den ſtehenden Waſſern zu Geſichte bekommen hätte.

Inſtru-

Ihr

http://rcin.org.pl

Inſtructum eſt hoc tempore os eorum papilla quadam, cuius ope laeui nonnunquam adhaerent vitro; vidi etiam, quum teneriores *decimaeque iconi* ſimiles eſſent, duxiſſe illos ex eadem illa papilla tenacius filum, ex quo non ſolum pendebant, ſed cuius etiam ope ea ratione locum mutabant, vt repere viderentur. Id ipſum alios quoque peragere obſeruaui quidem ranarum bufonumque gyrinos, quum vero quomodo illud fieret, tum ignoraui, minus adhuc hac de re mentionem aliquam feci.

Reliquas illas mutationes, quas gyrini hi paſſi ſunt, ad prouentum vsque quatuor ſuorum crurum, quae in hac bufonum ſpecie, perinde ac in rana viridi aquatica, ſub finem demum Septembris, vel inchoante Octobri comparere ſolent, fuſius iam non ſum enarraturus; quippe qui perſuaſum habeo, Lectores obſeruationum a me in praecedentibus traditarum, fidem mihi habituros, ſi dixero, non differe illas a mutationibus reliquarum ſpecierum, atque hinc ea tantum de iisdem referam, quae mihi notatu viſa ſunt digniora.

Primarius horum gyrinorum color lucidior ſemper obſeruabatur, quam in gyrinis ſuperius deſcriptis, licet augeſcentibus illis, in ſuperficie praeſertim ſuperiore corporis, ſaturatior ſenſim ſenſimque redderetur. Venter ſupra modum craſſus pellucidusque, nec non bini illi acuti pinnae caudam cingentis proceſſus, quos gyrini hi proprios quaſi habent, diutius in iisdem conſpiciebantur, dum vero bina poſteriora, ſaltum natatumque iuuantia crura procreſcebant perfectaque euadebant, euaneſcebant ſenſim ſenſimque, ipſa vero caudae pinna maioribus nigrioribusque diſtinguebatur venis maculisque, ita vt conuolutum fere referret rete. Haerebant tum gyrini hi ſemper adhuc in vaſis fundo, atque ex putreſcentium plantarum nutriebantur lentore. Vbi vero eam nacti erant formam, quam *XXIII. Tabulae*, 13. repraeſentat *icon*, iteratis vicibus ſuperiorem petebant ſuperficiem, quod forte puriore iam magis, quam antea, indigebant aere. Crura poſteriora lente ſatis, vt reliquis in gyrinis, procreſcebant; ſed perfectis illis, non ita multo poſt in conſpectum etiam, ſimul ac ſemel, prodibant anteriora eaque integra.

In gyrino *iconi* 13. ſimili, compoſita tum erat, ſat adhuc craſſa, longa carneaque caudae pars, meris robuſtis eminentibusque muſculis transuerſalibus, ex flauo ochrae colore in fuſcum vergentibus, apicem caudae tamen verſus magis nigreſcentibus. Lata tenuisque eandem ambiens pinna, obſcurior equidem reddita, pellucebat tamen; ſuperior autem illius pars pluribus ſcatebat venis nigris maculisque, quam inferior. Color primarius totius ſuperioris ſuperficiei corporis iam multo erat saturatior, quam antea, quum gyrinus pedibus adhuc carebat, atque ex pallide flauo in fuſcum cinereumque vergebat. Conſperſa inſuper erant dorſum, caput quatuorque ſuperiorum crurum pedumque ſuperior pars variis nigris maculis atque punctis, magnitudine diuerſis; in ſuperiore vero maxilla poſitae erant, anterius prope os, nonnullae harum macularum ex ordine. Maior nigrorum horum punctorum erat numerus in ſuperficie inferiore, quae ex coeruleo cineracei erat coloris, in hac vero icone a latere et pro parte tantum cernitur. Anterius circa thoracem pars quaſi ſupererat ventris antea tam craſſi, atque vbi gyrinus in lumine eſſet collocatus, iam cernebatur, contrahi eiusdem pupillam ita, vt triangulum deſcriberet.

Iam

Ihr Mund iſt zu dieſer Zeit untenher noch mit einer kleinen Warze verſehen, mit welcher ſie ſich zuweilen an das glatte Glas anhängen, auch habe ich wahrgenommen, daß da ſie noch in ihrer zarteſten Jugend waren, worinnen ſie die 10. Figur zeiget, ſie aus ſelbiger einen ſchleimigen Faden ſpanen, woran ſie ſich nicht nur alleine hiengen, ſondern auch ſo von einer Stelle zur andern leiteten, daß ſie fortzukriechen ſchienen; eben dieſes habe ich zwar auch an andern Froſch- und Krötenwürmern wahraenommen, aber vorher nicht angezeiget, weil ich nicht recht gewußt wie ſolches zugienge.

Die übrigen Veränderungen dieſer Würmer, ſo mit ihnen vorgegangen bis ſie ihre Füſſe erhalten, welches bey dieſer Art Kröten, wie bey dem grünen Waſſerfroſch, erſt zu Ende des Septembers oder mit Anfang des Octobers zu geſchehen pfleget, will ich nun nicht weitläuftiger beſchreiben; weil ich glaube die Leſer dieſer Blätter, werden aus meinen vorhin angezeigten Wahrnehmungen überzeuget ſeyn, daß ich die Wahrheit rede, wenn ich ſage, es gehe dabey eben ſo wie mit den übrigeu Arten zu; doch will ich das merkwürdigſte davon, nur mit wenigem anführen.

Die Grundfarbe dieſer Würmer blieb überhaupts beſtändig heller, als bey allen den vorhergehenden; ob ſie gleich mit zunehmender Gröſſe, ſonderlich an des Körpers Oberfläche, immer dunkler wurde. Der auſſerordentlich groſſe, dicke und helle Bauch derſelben, und die beeden an der Schwanzfloſſe befindlichen Fortſäze, welche dieſen Würmern für andern eigen ſind, waren auch lange an denſelben zu bemerken; bis aber die beeden hintern Spring- und Schwimmfüſſe zum Vorſchein kamen und ihre völlige Geſtalt erhalten hatten, verlohren ſie ſich nach und nach, und die um den Schwanz gehende Floſſe bekam immer mehrere ſtärkere und ſchwärzere Adern und Flecken, ſo daß ſie das Anſehen eines verworrenen Nezes hatten. Unterdeſſen nährten ſich dieſe Würmer noch immer von dem Schleim der verfaulten Pflanzen, und hielten ſich deswegen auf dem Grund des Gefäſes auf. Nachdem ſie aber die Form und Geſtalt der 13 Figur unſerer *XXIII.* Tabelle erhalten hatten, fiengen ſie an ſich zu wiederholtenmalen in die Höhe zu begeben; weil ſie jezund der reinern Lufft mehr als vorher benöthiget ſeyn mogteu. Bis die hintern Füſſe völlig heran gewachſen waren, gieng es, wie bey andern ſolchen Würmern, ſehr langſam her; als ſie aber da waren, ſo kamen bald darauf die zwey vordern Füſſe, auf einmal und ganz vollkommen zum Vorſchein.

An einem ſolchen Wurm, der wie unſere 13. Figur beſchaffen war, beſtunde, der damals noch ziemlich dicke und lange fleiſcherne Theil des Schwanzes aus lauter ſtarcken, erhabenen Quermuſceln von ockergelbbraunlichter Farbe, welche gegen die Spize zu immer ſchwärzer ausfiel. Die um denſelben herumgehende dünne und breite Floſſe, war zwar noch durchſichtig, aber etwas trüb und oben mit mehreren ſchwarzen Adern und Flecken, als unten durchzogen und beſezet. Die Grundfarbe war auf der ganzen Oberfläche des Leibes um ein merckliches dunckler als zuvor, da der Wurm noch keine Füſſe hatte, und fiel aus dem blasgelblichten in das braungraue. In dieſem Grund zeigten ſich ſo wohl auf dem Rucken und dem Kopf, als auch auf der Oberfläche der vier Schenckel und Füſſe hin und wieder einige ſchwarze Flecken und Puncte von verſchiedener Gröſſe; am Oberkiefer aber ſtunden vornen am Mund etliche derſelben in einer ordentlichen Reihe beyſammen. Die blaulichtgraue Unterfläche, welche man aber in dieſer Figur nur zum Theil und von der Seite zu ſehen bekommet, war mit mehreren dergleichen ſchwarzen Puncten beſprenget. Vornen zeigte ſich an der Bruſt gleichſam noch ein Reſt von dem vorher ſo dicken Bauch, und wenn der

http://rcin.org.pl

Iam vero accedit bufo talis aquaticus propius ad ripas; iam etiam, cauda ipſius ſenſim decreſcente, tandem ipſam petit terram, ſic tamen, vt haud longius ab aquis recedat, atque periculo imminente in iisdem latibula quaerere queat.

Depictam dedi *icone 14. Tabulae XXIII.* minorem eiusmodi rubetam, cuius cauda vltra dimidiam fere partem iam decreuerat, tergo incumbentem, quo ſuperficies illius inferior in conſpectum prodeat. Eſt haec in eiusmodi tenellis rubetis ex pallide caeruleo cineracei coloris, plurimisque nigris punctis nec non maculis conſperſa. Femora tamen poſteriorum crurum, quatuorque pedum plantae, citrini quid habent, inferiorque capitis ſuperficies, vel gula potius, nec non reliquae quatuor crurum partes in cinereo flauent; ſed mutatur poſtmodum ſuperficies haec ſenſim, ita, vt aurantium prorſus, quem iam in adultioribus hiſce vidimus rubetis, induat colorem.

Vbi cauda eousque decreuerat, vt portio tantum illa ſupereſſet, quam *14. icon* exhibet, euanuit tandem duodecim horarum ſpatio ex integro. Similes tunc erant tenellae hae, ſed iam omnibus ſuis partibus inſtructae rubetae, quoad magnitudinem formamque, *15. iconi*; tum vero non amplius lentore veſcebantur, ſed vermibus aliisque inſectis, quibus etiam nonnullas earundem, domi meae, in hyemem vsque nutriui; hac vero ingruente ſubeunt tenellae hae rubetae, aeque ac adultae, aquas, ſubque illis, ad modum aliorum bufonum ranarumque in limo atque terra latitant, donec primo rurſus vere excitentur.

Tertio exacto vere apta eſt huiusmodi rubeta generationi; quamdiu autem viuat, minus quidem indicari poteſt: vbi enim tres habet annos, vix amplius magnitudine augetur; licet vero aeque velociter, ac ranae blandae, ſaliat, his tamen annumerari nequit, turpem potius ob aſpectum bufo eſt dicendus, a reliquis hinc diuerſus, quod inferior eius ſuperficies flammei vel aurantii ſit coloris coeruleisque inſignita maculis; quod pupillam ſic contrahat vt triangulum formet, quodque membrana illa quo poſteriorum pedum nectuntur digiti, ad horum extrema vsque pertingat.

Wurm ſich gegen das Licht kehrete, konnte man nunmehr bereits bemercken, daß ſich der Stern in ſeinem Aug dreyeckicht darſtellte.

In dieſer Geſtalt begiebt ſich nun eine ſolche junge Waſſerkröte aus dem Waſſer näher an das Ufer; ihr Schwanz fängt nach und nach an kleiner zu werden, und endlich gehet ſie gar an das Land, ohne ſich jedoch von dem Waſſer weit zu entfernen, um bey bevorſtehender Gefahr, ſich wieder in ſolchem verbergen zu können.

In der 14. Figur unſerer XXIII. Tabelle habe ich eine ſolche junge Kröte, an welcher der Schwanz ſchon über die Hälffte abgenommen, auf dem Rucken liegend vorgeſtellet, damit wir ihre Unterfläche recht betrachten können. Dieſe iſt an dergleichen jungen Kröten nur noch blasblaulichtgrau und mit vielen ſchwarzen Puncten und kleinen Flecken beſprenget; an den beeden Oberſchenckeln der hintern Füſſe aber, und an den Solen aller vier Füſſe, zeiget ſich etwas citronengelbes, und die untere Fläche des Kopfes, oder die Kehle ſpielet, nebſt den übrigen Theilen der vier Schenckel, auch mehr in das Gelbe, als in das Graue; nach und nach aber verfärbt ſich dieſe Unterfläche immer mehr, bis ſie endlich völlig oranienfarb wird, wie wir ſolche an den ältern Kröten geſehen haben.

Wenn der Schwanz einmal ſo weit, wie in der 14. Figur abgenommen hatte, ſo verlohr er ſich endlich innerhalb zwölf Stunden ganz und gar, und ſodenn hatten dieſe junge und nunmehr vollkommene Feuerkröten die Gröſſe und Geſtalt der 15. Figur, haben ſie aber dieſe erhalten, ſo nähren ſie ſich nicht mehr vom Schleim; ſondern von Würmern und andern Inſecten, und mit dieſen habe ich auch einige derſelben in meiner Bewohnung, bis in den Winter erhalten, zu welcher Jahrszeit, dieſe junge Kröten, wenn ſie in ihrer Freyheit ſind, eben ſo wie die alten, ihren Aufenthalt unter dem Waſſer, im Schlamm und in der Erde ſuchen, und daſelbſt, nach Art anderer Fröſche und Kröten, bis in den Frühling verborgen bleiben.

Wenn dieſe Krötenart den dritten Frühling erlebet hat, iſt ſie bereits zur Fortpflanzung ihres Geſchlechtes tüchtig. Wie hoch ſie aber ihr Alter bringe iſt nicht wohl anzuzeigen, weil ſie, wenn ſie einmal drey Jahre erlebet hat, nicht viel mehr an Gröſſe zunimmt. Im Springen iſt dieſe Kröte faſt ſo ſchnell und hurtig als die lieblichen Fröſche, dem ungeachtet aber kan ſie doch nicht zu denſelben gezählet werden, ſondern ſie bleibt um ihrer ſcheuslichen Anſehenswillen eine Kröte, welche vor andern darinnen etwas beſonders hat, daß ihre untere Fläche feuerroth, oder hoch oraniengelb und blaugefleckt iſt; daß ſie den Seher oder Stern im Aug dreyeckicht zuſammen ziehet, und daß ſich die an den Springfüſſen zwiſchen den fünf Zehen befindliche Haut, bis an die äuſſerſten Spizen derſelben erſtrecket.

Sectionis Sextae

Caput II.

Quo interiores Bufonis ignei recenſentur partes.

Interiorum partium bufonis ignei habitudinem in mare *16. Tabulae XXIII.* exhibet *icon.* Monſtrat haec easdem naturali in ſitu, ſic tamen, vt partes nutritioni ipſique vitae inſeruientes, prae illis quae generis propagationi dicatae ſunt, conſpiciantur. Signatum eſt cor in icone hac, perinde ac in reliquis, littera *a*, binae veſicae aereae, ſiue pulmones *b b*; hi quum non ex integro contracti, ſed aere parum ſint repleti, carneum habent colorem; *c c* hepar eſt, lobis aliquot conſtans, atque hiſce in bufonibus colore fuſco ſemper tinctum.

Sub

Des ſechſten Abſchnittes

Zweytes Capitel.

Worinnen von den innern Theilen der Feuerkröte gehandelt wird.

Wie die inneren Theile unſerer Feuerkröte bey einem Männlein beſchaffen ſeyen, zeiget die 16. Figur unſerer *XXIII.* Tabelle, welche ſolche in ihrer natürlichen Lage darſtellet, da denn die zur Nahrung und zum Leben gehörigen Theile mehr, als die zur Fortpflanzung des Geſchlechtes erfordert werden, in die Augen fallen. Das Herz iſt in dieſer Figur, wie in den andern mit *a* bezeichnet, die beeden Lungenblaſen mit *b b*, welche hier nicht völlig zuſammen gefallen, ſondern noch in etwas mit Lufft angefüllet ſind, und

daher

http://rcin.org.pl

Sub hoc conſpiciendam ſe præbet, ex atro virens, cyſtis fellea *d*; ſplen ſphærula illa eſt lucide rubens *e*. Ventriculus *f*, maximam partem hepate tectus, ex pallido vel flauo carnei eſt coloris, quo & tenuia tincta ſunt inteſtina *g*, quæ inteſtinum excipit rectum *h*, ex cinereo in oliuae vergens colorem. Ad *i* ſiti ſunt renes aliis hic tecti partibus; *k* veſica eſt lotio vacua.

Siſtit *icon* 17. easdem partes, ſic tamen, vt illae in quas aer immitti poteſt, eodem turgeant; quadruplo hinc majores hic comparent pulmones *bb* quam antea, ſimul vero apparet, conſtare illos amplioribus veſiculis, atque has inter varia conſpiciuntur vaſa ſanguifera rubentia cum ramis ſuis, ea ratione per ſuperiorem ſuperficiem diſcurrentibus, ut filis rubris ligatæ eſſe videantur, ceterum veſicam referunt pellucentem. Signata ſunt, hac quoque in icone, hepar *u*, cyſtis fellea *d*, lien *e*, ventriculus aere diſtentus, ipſique cohærentia inteſtina *f*. Renum alter eſt ad *i*, veſica *k*, quæ licet aere valde turgeat, exiguae tamen eſt molis, tamque ſingularis formae vt par referat cornuum detruncatorum, neque, vt aliis in bufonibus ranisque bipartita eſſe videtur; nullum certe conſpicitur extrinſecus in illa ſeptum; paruitati autem ipſius adſcribendum forte eſt, quod, vbi bufonem hunc exagitaueris, nullum ille, vt alii bufones ranaeque ſimili in caſu, ejaculet lotium.

Latent ſub partibus jam indicatis, prorſus fere, partes in maſculo ad generationem facientes, illas tamen ſi auferas, has *iconem* noſtram *18*. referre videbis. Tot harum ſunt partium, quot in aliarum ſpecierum maſculis; differunt tamen quaedam forma. Pingues illae coloreque aurantio tinctae appendices foliaceae *llll* cum ſuperiore renum teſticulorumque parte cohaerentes, graminisque folia forma imitantes, decreſcunt in hac quoque bufonum ſpecie, aeque ac teſticuli, ſi generationis tempus fuerit finitum. Teſticuli *mm* pallide flauent, formamque, vt in majore bufone, teretem habent ad renum formam accedentem. Incumbunt illi binis renibus *ii*, planis oblongisque. In exteriore horum renum latere filiformis cineraceusque eſt canalis *nn*, vltra ipſos renes ſurſum verſus excurrens; infra illos vero coeunt ſub veſica bini hi canales, in inteſtinum rectum vno eodemque orificio hiantes, hinc eosdem veſiculas eſſe ſemini colligendo dicatas, reor: praeter hos enim, omni adhibita opera nihil reperire potui, quod veſicularum harum ſimilitudinem haberet, in bufone vero ante hunc deſcripto, eadem earum erat ſtructura.

Si ex foemella hujus bufonum ſpeciei hepar, ventriculum atque cum hoc cohaerentia demſeris inteſtina: in conſpectum prodeunt, ad generis propagationem facientes partes, quas *19*. ſiſtit *icon*. Conſpicitur in illa ad

daher fleiſchfärbig ausſehen. *cc* Iſt die aus etlichen Lappen beſtehende Leber, welche bey dieſer Krötenart allezeit ganz dunkel braunroth ausſiehet. Unter ihr kommt die ſchwarzgrüne Gallenblaſe zum Vorſchein *d*; das Milz aber iſt das mit *e* bezeichnete, kleine, hochrothe Kügelein. Der Magen *f*, welcher gröſten Theils von der Leber bedecket wird, führet eine helle, oder gelblichte Fleiſchfarbe, dergleichen auch die dünnen Gedärme *g* haben, auf welche der dicke und hier grauolivenfarbe Maſtdarm *h*, folget. Bey *i* haben die hier bedeckte Nieren ihre Lage, und *k* iſt die von Harn leere Harnblaſe.

Die 17. Figur ſtellet die nämlichen Theile, jedoch mit dieſem Unterſchied dar, daß diejenige, worein die Luft zu bringen iſt, mit ſolcher ſich hier angefüllet zeigen. Dieſemnach erſcheinen die beeden Lungenblaſen *bb* hier, dem Durchmeſſer nach, wohl viermal gröſſer, als vor, auch ſiehet man, als etwas ihnen eigenes, daß ſie aus ſehr groſſen Fächern beſtehen, zwiſchen welchen verſchiedene hochrothe Adern und derſelben Aeſte auf der äuſſeren Fläche hinlaufen, ſo, daß ſie das Anſehen haben als ob ſie mit rothen Fäden unterbunden wären; im übrigen aber ſtellen ſie eine zarte durchſichtige Blaſe vor. Mit *cc* iſt auch hier die Leber; mit *d* die Gallenblaſe; mit *e* das Milz, und mit *f* der von Lufft ausgedehnte Magen, nebſt dem daran hängenden Gedärmen bezeichnet. *i* Iſt eine von den beeden Nieren, *k* die Blaſe, welche, ob ſie gleich ſehr ſtark mit Lufft angefüllet worden, dennoch ziemlich klein iſt, und in ſo ferne eine beſondere Form hat, daß ſie ein Paar abgeſtumpfter Hörner vorſtellet, auch ſcheinet ſie nicht wie bey andern Kröten und Fröſchen abgetheilet zu ſeyn; wenigſtens iſt an ſelbiger von auſſen keine Scheidewand zu bemerken, ihre Kleinigkeit aber mag wohl Urſache ſeyn, daß man an dieſer Kröte, wenn ſie verfolget wird, keinen Harn wahrnimmt, den ſie von ſich ſpritzet, wie in dergleichen Fällen andere Kröten und Fröſche ſonſt wohl zu thun pflegen.

Unter dieſen jezt angezeigten Theilen, liegen nun diejenigen, ſo zur Fortpflanzung des Geſchlechtes gehören, bey den Männlein faſt völlig verborgen; nimmt man aber jene weg, ſo zeigen ſich dieſe ſo, wie ſie von mir in der 18. Figur vorgeſtellet worden. Es ſind aber hier dieſer Theile eben ſo viel, wie bey den Männlein anderer Arten; alleine der Form und Geſtalt nach ſind einige derſelben unterſchieden. Die fetten und pomeranzengelben Anhänge *ll*, *ll* ſo oben an den beeden Nieren und Geilen veſt ſitzen, und ihrer Form nach den Grasblättern ähnlich ſehen, werden auch bey dieſer Art nebſt den Geilen, wenn die Laichzeit vorbey iſt, kleiner, als wir ſie hier ſehen, angetroffen. Die Geilen *mm* führen eine hellgelbe Farbe, und ſind wie bey der groſſen Waſſerkröte, der Form nach länglichtrund und nierenförmig. Sie liegen auf den beeden fleiſchfarben Nieren *ii*, welche eine platte und länglichte Form haben. An der äuſſeren Seite dieſer Nieren laufft ein fadenähnlicher, graulichweiſſer Canal *nn* in die Höhe über ſelbige hinauf, und dieſe beede Canäle vereinigen ſich, nicht weit von dem untern Theil der Nieren, unter der Blaſe, wo ſie in den Maſtdarm hineingehen, in welchem ſie eine gemeine Oeffnung haben, daher ich ſie denn für die Saamenbläslein halte: denn auſſer ihnen, habe ich, alles Nachſuchens ungeachtet, nichts finden können, ſo den Saamenbläslein zu vergleichen wäre, und in vorhergehender Kröte ſind ſelbige von gleicher Beſchaffenheit geweſen.

Wenn man in einem Weiblein dieſer Krötenart die Leber, den Magen und die an dieſem hangende Gedärme hinweg nimmt: ſo kommen die darunter befindliche zur Fortpflanzung des Geſchlechts gehö-

http://rcin.org.pl

ad *a* cor, ad *b b* aere vacuæ, atque adeo admodum exiguae veſicae pulmonales; *u* pars reliqua eſt oeſophagi. Notari tamen prae ceteris hic merentur ovarium tubaeque vterinae. Illud *o o*, aeque ac aliis in ſpeciebus harum animalium, duabus conſtat, praecipuis partibus, ipſa vero in illo contenta oua, magis flauent, quam vbi eadem foemella edidit. Quantus vero eorundem ſit numerus, nunquam quidem, grauioribus ſemper negotiis diſtrictus, dinumerare potui, licet minori id hic praeſtari potuerit negotio, quam aliis in ſpeciebus, quum ipſa majora ſint oua. Sitae ſunt ſub ouario hoc, vtrimque a corde *a*, ad veſicam vsque *k* excurrentes, praelongae crebriusque inflexae tubae *p p*, *p p*, jamjam alia ſeſe nobis oblaturae forma. Quodſi enim ouarium eo in loco, vbi ſupra renes adhaeret, caute ſeparaueris abſtulerisque, atque dein ope tenuioris tubuli in orificia tubarum *q q*, prope cor *a* hiantia, aerem immiſeris, magis vna cum vtero redduntur conſpicuae, ita vt *iconi 20.* ſimiles ſint. Initio quidem magis ſunt patulae quam in progreſſu, licet ſenſim ſenſimque anguſtiores euadant, pars vero illarum litteris *q* atque *r* diſtincta pellucet, pars autem reliqua *s s s*, eam vsque ad ſedem, vbi in vterum hiant, minus pellucida, ceram fere refert albam flaui quid habentem. Vterus *t t*, *t t*, hic, vt reliquis fere in beſtiis bina quaſi format cornua, atque hinc ſimilis fere eſt vtero praecedentis bufonis, nihilque niſi binarum ipſum crederes tubarum continuationem, niſi ab iisdem et amplitudine et pelluciditate diſcreparet. Ob longitudinem vtroque in latere duplicatus eſt, & quamuis, exterius quidem, pars dextra a ſiniſtra non videatur ſeparata, interius tamen ſeptum adeſt intermedium, eo tantum in loco apertum, quo oua ex vtero in rectum propelluntur inteſtinum *k*. Cernimus inſuper hac in icone, inter tubas, binos renes *i i*, ſpinaeque partem *v*. Foliaceae aurantioque colore tinctae appendices, eadem hic ſe habent ratione, ac in maſculo, talesque ſunt, quales in *icone 18.* repraeſentatas vidimus; quum vero exacto generationis tempore in vtriusque ſexus bufone decreſcant contrahanturque ita, vt curioſius ſint querendae, hic eas monſtrare non potui.

Exhibet *icon 21. Tabulæ XXIII.* perfectum bufonis ignei ſceleton, quod tamen nihil mihi notatu dignum exhibuit, niſi, quod bina coxae oſſa, quae, vt in bufone allium redolente, binos referunt vomeres, cum oſſe furcae formam habente, cui foemoris committuntur oſſa, eadem jungantur ratione vt in dicto modo bufone, ita, vt hinc bufo noſter igneus corpus ſuum commode elongare contrahereque poſſit, id quod hic quoque eam forte ab cauſſam neceſſum erat, quod bufo hic ſimili ratione, ac bufo allium redolens, coire ſolet. Differt quidem os ſterni, quod & hic cum ſcapulis junctum eſt, ab eodem reliquarum ſpecierum oſſe, non tamen tanta eſt differentia illa, vt icone illam exprimendam eſſe, e re duxerim, nec aliud quidquam animaduerſione dignum ſupereſt, niſi, eſſe ſceleti hujus oſſa, quam reliquis in bufonibus atque ranis, proportionaliter minora tenuioraque.

FINIS Hiſtoriae bufonis ignei.

rige Theile, ſo, wie ſie die 19. Figur darſtellet, zum Vorſchein. In dieſer iſt oben bey *a* das Herz, bey *b b* aber die von Luft leere und daher ziemlich kleine Lungenblaſen zu ſehen; *u* iſt der Reſt des Schlundes. Das vornehmſte aber was wir hier zu betrachten haben, iſt der Eyerſtock nebſt den Eyergängen. Jener *o o*, beſtehet auch hier, wie bey den andern Arten aus zweyen Hauptheilen, und die Eyer ſelbſt, führen in ſelbigem mehr eine gelbe Farbe, als nachgehends, wenn ſie das Weiblein von ſich gegeben hat. Wie hoch ſich aber die Anzahl derſelben belauffe, habe ich mir niemalen zu zählen die Zeit nehmen können, weil mich allezeit wichtigere Geſchäffte daran verhindert haben, ob es ſchon hier nicht ſo mühſam, als bey andern Arten, geweſen ſeyn würde; weil ſelbige gröſſer ſind. Unter dieſem Eyerſtock liegen nun die, zu beeden Seiten, ſich vom Herzen *a*, an bis zur Harnblaſe *k* erſtreckende, ſehr lange und vielmals gebogene Eyergänge *p p*, *p p*, die wir ſogleich in anderer Geſtalt ſehen werden. Denn wenn man dieſen Eyerſtock, über den Nieren, wo er veſte ſitzet, behutſam ablöſet und beyſeit ſchaffet, hernach aber mit einem zarten Röhrlein, in die am Herzen *a*, befindliche Mündung der Eyergänge *q q*, Luft einbläſet, ſo zeigen ſich dieſelben. nebſt der Gebärmutter, viel deutlicher und ſo, wie ſie die 20. Figur vorſtellet. Anfangs ſind dieſe Eyergänge etwas weiter als nachher, ob ſie gleich immer enger werden; und von *q* bis *r* ſind ſie durchſichtig; ihr übriger Theil aber *s s s* iſt bis dahin, wo er ſich in die Gebährmutter öffnet, nicht mehr durchſichtig, ſondern es ſiehet ſolcher faſt wie weiſſes und etwas in das gelblichte fallende Wachs aus. Die Gebährmutter *t t*, *t t* beſtehet wie bey andern Thieren gleichſam aus zwey Hörnern, kommet auch hierinnen mit der Gebärmutter der vorigen Kröte in etwas überein, und würde ebenfals nur eine Forſezung der Eyergänge zu ſeyn ſcheinen, wenn ſie ſich nicht durch ihre mehrere Weite und Durchſichtigkeit von ſolchen unterſchiede. Ihre Länge machet, daß ſie zu jeder Seite zwiefach beyſammen lieget, und ob man gleich von auſſen keinen Unterſchied zwiſchen dem rechten und linken Theil wahrnimmt, ſo iſt ſie doch innenher durch eine dünne Scheidewand abgetheilet, welche nur da unterbrochen iſt, wo die Eyer, aus ſelbiger, ihren Ausgang in den Maſtdarm *k* haben. Zwiſchen den Eyergängen ſehen wir auch noch in dieſer Figur die beeden Nieren *i*, *i*, und einen Theil des Ruckgrads *v*. Die blätterförmigen und oraniengelben Anhänge ſind hier, wie bey den Männlein, und zwar ſo beſchaffen, wie wir ſie bereits in der 18. Figur geſehen haben; da ſie aber nach der Laichzeit in beeden Geſchlechten, kleiner werden und ſich zuſammen ziehen, ſo, daß man ſie ſuchen mus: als haben ſie auch hier nicht vorſtellig gemachet werden können.

Die 21. Figur unſerer XXIII. Tabelle ſtellet das vollkommene Gerippe der Feuerkröte vor, an welchem ich aber nichts gefunden, ſo beſonder merkwürdig wäre, auſſer daß die beeden Hüftbeine, welche auch hier wie an der Knoblauchkröte ein Paar Pflugſchaare vorſtellen, mit dem gabelförmigen Bein in welches die Schenkelbeine eingelenket ſind, oben eine ſolche Verbindung haben, wie bey erſt benannter Kröte, ſo, daß alſo auch unſere Feuerkröte ihren Leib ganz bequem verlängern und verkürzen kan: und vielleicht war ſolches hier auch deswegen nöthig, weil ſich dieſe Krötenart eben ſo wie die Knoblauchkröte paaret. Das Bruſtbein welches auch hier mit den Schulderblättern verbunden iſt, iſt zwar etwas anderſt als bey den übrigen Arten geformet, alleine der Unterſchied iſt doch nicht ſo merklich, daß ich von ſelbigem eine eigene Abbildung zu geben für nöthig befunden hätte, und ſo finde ich auch ſonſten nichts anzumerken, als daß in dieſem Gerippe alle Knochen nach Proportion kleiner und zärter als an andern Kröten und Fröſchen ſind.

ENDE der Hiſtorie der Feuerkröte.

http://rcin.org.pl

Der Gleishammer beÿ Nürnberg.

HISTORIA NATVRALIS
RANARVM NOSTRATIVM.

SECTIO VII.

BVFO TERRESTRIS FOETIDVS.

Oder

Die Natürliche Historie

Der Frösche hiesiges Landes.

Siebender Abschnitt.

Die stinkende Landkröte.

CAPVT I.

Bufonis terreſtris, foetidi proprietates, coitus & generatio.

Nota eſt ſingularis hæc bufonem ſpecies, *Tab. XXIV. Fig. 1.* nonnullis in locis, ſub nomine, bufonis arundineta habitantis (*der Rœhrling*) quod adulto jam vere, generationis tempore, in arundinetis ſtagnorum piſcinarumque, fortem nec non ſingularem edit clamorem; in Thuringia cruciatum eandem appellant bufonem, quæ appellatio a faſcia illa flaua, per medium hujus bufonis dorſum excurrente, forte originem ſuam traxit; circa feſtum vero diui Iohannis quærunt eundem multi curioſius: parant namque ex eodem oleum quod, vti quidem prædicant, articulorum doloribus nec non neruorum reſolutioni, illitum, optime medetur. Ego quidem eundem bufonem appello fœtidum, quod, vbi exagitetur, intolerabilem ſpargit

Erſtes Capitel.

Die Eigenſchaften der ſtinkenden Landkröte, ihre Paarung und Erzeugung.

Dieſe beſondere Krötenart Tab. XXIV. Fig. 1. iſt an einigen Orten unter dem Namen Röhrling bekannt, weil ſie ſich ſpat im Frühling, zur Laichzeit an den Ufern im Geröhricht der Weyer oder Teiche ſehr ſtark mit ihrem beſondern Geſchrey hören läſſet; in Thüringen aber wird ſie die Kreutzkröte genannt, welches vermuthlich daher kommet; weil ſie einen nach der Länge des Ruckens auslauffenden gelben Strich führet; und um Johannis wird ſie von vielen mit Fleis aufgeſuchet, weil ſie aus ſelbiger ein Oehl bereiten, welches wider die Gicht und Lähmung der Glieder eine bewährte Arzeney ſeyn ſoll, wenn ſelbige damit geſchmieret werden. Ich nenne ſie aber die ſtinkende

http://rcin.org.pl

ſpargit fœtorem, odori pyrii pulueris accenſi, ſimilem quidem, ſed grauiorem; nec non hinc, quod aquaticus etiam datur fœditus bufo, cujus jam ſupra tradidi hiſtoriam.

Deſcriptione hujus bufonum ſpeciei *Hiſtoriæ naturali ranarum noſtratium* finem ſum impoſiturus; quum præter ſeptem illas ranarum ſpecies, tres nempe ranas proprie ſic dictas, quatuorque bufones, nullam aliam nouerim. Vtrum enim ille etiam bufo noſtris in terris degat, cujus nuper modo in litteris Hala Saxonum ad me datis Dominus I. C. D. SCHREBER mentionem fecit, eſt quod dubitem. Scribit ille, examinaſſe ſe lapides, qui e lapicidina prope coenobium Rosleben, quinque milliaria ab Hala Saxonum diſtans, eruuntur, inueniſſeque ſub ſaxo quodam bufonem maſſam inertem referentem, qui in fundo carneo, ſuperioris ſuperficiei, viridibus, inæqualibus, transuerſim directis & in medio abruptis exornatus erat ſtriis. Quemadmodum vero litteræ hæ ſumma me perfudere voluptate: ſic etiam maximo illis ipſis incendebar deſiderio, hunc minus mihi notum bufonem oculis contrectandi; ſed prorſus ignota eſt, his in terris, ſpecies hæc, eſſe vero eandem ſpeciem hanc, quam nunc ſum deſcripturus, vividiore forſan, ob exuvias modo poſitas, tinctam colore, mera eſt conjectura; plura hinc non additurus, ipſam nunc præſentis bufonis ordiar hiſtoriam, addita ſponſione, me vbi bufonem illum viuum forte fuerim viſurus, ipſius deſcriptionem, *Hiſtoriæ Lacertarum* quam proxime ſum edituras, eſſe additurum.

Quod ergo ad bufonem noſtrum terreſtrem fœtidum attinet, ſimilis ille fere eſt bufoni terreſtri, dorſo tuberculis exaſperato, oculis rubris, ſupra *Tab. XX.* deſcripto, ita, vt eundem, initio quidem, vix aliam eſſe ſpeciem crediderim; ſed vbi illum curatius contemplatus ſum, facile vidi, diſcrepare hunc ab illo, hujusque diſcrepantiae indicium eſſe faſciam ſulfuream, a capite, medium per dorſum ad illis extremum vsque excurrentem. Minus etiam bufonis hujus terreſtris fœditique rubent oculi, quum potius circa pupillam palleant, atque ex lucido viridi in cineraceum vergant. Breuius ipſi etiam eſt contractiusque corpus, quam reliquis ſpeciebus omnibus, id quod de ipſius etiam dicendum eſt cruribus ac pedibus, atque vt anteriorum

Landkröte; weil wenn man ſie beunruhiget, dieſelbe einen unerträglichen Geſtank von ſich giebt, der einiger maſſen wie angezündetes Schiespulver riechet, dabey aber etwas viel widrigers hat; und denn auch, weil wir eine ſtinkende Waſſerkröte haben, welche bereits oben von mir beſchrieben worden.

Mit dieſer Krötenart werde ich meine natürliche Hiſtorie der Frösche hieſiges Landes beſchlieſſen; weil mir auſſer den ſiebnerley Arten von Fröschen, worunter drey eigentlich ſo genannte Frösche, und viererley Kröten ſind, keine andere Art bekannt iſt. Denn ob auch diejenige Kröte in unſerer Gegend befindlich ſeye, wovon mir erſt jüngſthin Herr J. C. D. Schreber aus Halle in einem an mich abgelaſſenen Schreiben, Nachricht gegeben, ſollte ich faſt zweifeln. Es meldet mir nämlich derſelbe, daß als er die Steine in dem bey dem Kloſter Rosleben, fünf Meilen von Halle befindlichen Steinbruch ſelbſt unterſuchet, er unter einem Stein, eine Kröte gefunden ſo wie ein Klumpen ohne alle Bewegung dagelegen, eine blaſſe fleiſchfarbe Grundfarbe gehabt, und auf der obern Fläche mit grasgrünen, ungleichen und in der Mitte abgebrochenen Querſtreifen ausgezieret geweſen. So angenehm mir dieſe Nachricht war, ſo begierig bin ich auch gemachet worden, dieſe mir zur Zeit noch ganz unbekannte Krötenart zu ſehen; doch hier zu Lande will man nichts von ihr wiſſen, und daß es etwann gegenwärtige Art ſeyn könnte, welche vielleicht wegen erſt veränderter Haut, ein friſcheres Anſehen gehabt, iſt auch nur eine Muthmaſſung; weswegen ich mich denn auch hiebey nicht länger aufhalte, ſondern vielmehr zu näherer Beſchreibung gegenwärtiger Kröte wende, mit dem Verſprechen, daß wenn ich obige noch lebendig zu ſehen bekommen ſollte, ich ſelbige, in der folgenden Beſchreibung der Eydexen nachbringen werde.

Was nun alſo unſere ſtinkende Landkröte anbetrifft, ſo führet ſelbige mit der oben Tab. XX. beſchriebenen blatterichten Landkröte mit rothen Augen viel Aehnlichkeit, ſo, daß ich ſie ſelbſt anfangs nicht gleich vor eine von ihr unterſchiedene Art angeſehen habe; als ich ſie aber genäuer betrachtete, ſo fande ich bald, daß ſich gegenwärtige von jener, durch einen ſchmalen ſchwefelgelben Strich unterſcheide, der vom Kopf an mitten durch den Rucken bis an das Ende desſelben ſich erſtrecket. Hernach hat dieſe ſtinkende Landkröte keine feuerrothe Augen, wie jene; ſondern ſie ſind um das Schwarze herum, blas und hell grünlichtgrau. Ferner iſt gegenwärtige Art vom Leibe viel ſtumpfer und zuſammengeſchobener, als die übrigen

Arten

http://rcin.org.pl

riorum pedum digiti nulla natatum juuante nectuntur membrana, ſic et in poſteriorum digitis eadem illa prorſus abeſt, ſic, vt ob hoc ipſum bufo hic ſuo quodam jure terreſtris dici poſſit. Proprium denique huic eſt bufoni, quod non ad modum reliquarum ranarum ſaltet, ſed pedibus inixus eleuatoque corpore muris inſtar currat. Aſt minus hunc ipſum continuat curſum, vbi enim iter quatuor quinqueue pedum emenſus eſt, quieſcit aliquamdiu. Quemadmodum vero terreſtrem illum bufonem, annoſior etiam, magnitudine nunquam aequat, ſic valde ab illo differt maculis primarioque corpus ſuum tingente colore, qui tamen vt in reliquis ſpeciebus, ſic etiam hic, in quibusdam ſaturatior magisque ſpurcus, in aliis vero lucidior eſt amoeniorque. Eo quo oua edunt tempore, gratior eſt color hic quam omni alio, atque talis, qualem 1. noſtra exhibet, foemellam ſiſtens, *icon.*

Scatet ſuperficies ejus ſuperior, illa crurum pedumque excepta, in fundo ſaturato oliuarum colore tincto, variis eminentibus fuſcisque puſtulis, aequalis fere magnitudinis, minoribus tamen paucioribusque, quam illae ſunt, quibus dorſum bufonis terreſtris, oculis rubris, exaſperatum eſt, aſt concinniorem ſeruantibus ordinem. Superficies inferior ex lucide cinereo, in oliuae nonnihil vergit colorem. Ad latera inferioris hujus ſuperficiei variae cernuntur maculae, oliuae ad inſtar, virentes, quarum nonnullas quidem inferior quoque exhibet pars; quibus tamen illae ad latera majores ſunt ſaturatiorisque coloris. Separat binas haſce ſuperficies, ab inuicem, lucide ex rubro flaueſcens, lateralis faſcia inaequalis latitudinis, varie inflexa atque denticulata, vtrinque ab oculo ad crus poſterius excurrens, et inferiora verſus, in fundo ſaturatiore, aliquot majoribus rubentibusque puſtulis, nullum ordinem ſeruantibus, obſita. Similes aſt pallidiores puſtulae occupant illum, pone oculos, locum, quo in bufone dorſo tuberculis exaſperato, bina illa ſita ſunt tubera; angulum vero oris verſus, aliae rurſus majores conſpiciuntur puſtulæ, lucide carnei coloris, ea ratione coaceruatae vt cohaerere videantur. Primarius quatuor crurum ad pedes vsque color, idem fere eſt, ac ille inferioris ſuperficiei, ſed variant eundem plurimae furuo oliuarum colore tinctae maculae, transuerſim poſitae, diuerſae formae atque magnitudinis, quales circa os quoque comparent. In nonnullis horum bufonum fuſci ſunt extremi digitorum pedum apices, in aliis nigri fere.

Viuit bufo hic variis inſectis, quibus, vti jam dictum eſt, reliquae etiam nutriuntur ſpecies. Haec noctu tantum ſectatur: diu enim, vt omnem per hiemem, latebris ſe occultat, quas dirutis in muris petrarumque foraminibus, vel elatiora ad loca et ad tumulos in terra quaerit, vbi interdum, praeſertim vero in muris, deni quin bis deni deprehenduntur. Habitant nonnunquam ad altitudinem, tres fere ſuperantem pedes, in muri ad perpendiculum erecti foramine hiatuue, ſaepiusque miratus ſum, poſſe bufonem hunc in editum ejusmodi aſcendere locum, quum non, reliquorum more, ſaliat; ſed didici tandem qua ratione eo perueniat, quum forte, oriente luce, alia prorſus eram inueſtigaturus. Vidi enim tum, nonnullos horum bufonum ſat ſecure, lentius tamen, veterem murum rependo aſcendere, donec ad rimam peruenisſent habitationis ſuae portam, ex qua noctu, venatum ituri, eadem rurſus deſcen-

Arten alle; auch ſind ihre Schenkel und Füſſe kürzer und dicker; ja zwiſchen den Zehen der hintern Füſſe findet man ſo wenig eine Floſſenhaut, als zwiſchen den Zehen der vordern; weswegen ſie denn auch um ſo vielmehr eine Landkröte genennet werden kan. Endlich hat auch gegenwärtige Kröte deswegen etwas ihr alleine eigenes, daß ſie nicht wie andere Froſcharten hüpfet, ſondern auf ihren vier Füſſen, mit erhabenem Körper, faſt ſo ſchnell als eine Maus lauffet. Doch unterbricht ſie dieſen ihren Lauf: denn wenn ſie etwann vier biß fünf Schuh weit gekommen iſt, ſo ruhet ſie wieder in etwas aus. Auſſerdem aber, daß ſie auch im höchſten Alter jener Landkröte an Gröſſe nicht beykommet, ſo iſt ſie ferner von ſolcher durch ihre Flecken und Grundfarbe merklich unterſchieden, welche jedoch, wie an allen Arten, bey einigen immer dunkler und kothichter, oder heller und friſcher, als bey andern ausſiehet. Zur Laichzeit iſt dieſe Grundfarbe am ſchönſten und ſo beſchaffen, wie ſie ſich an unſerer 1. Figur zeiget, welche ein Weiblein vorſtellet.

Ihre ganze Oberfläche führet, die vier Schenkel nebſt den Füſſen nicht mit dazu gerechnet, einen dunkeln olivenfarben Grund, auf welchem ſich verſchiedene erhabene braunrothe Blattern zeigen, die faſt alle einerley Gröſſe haben, aber doch nicht ſo gros noch auch ſo zahlreich als an der blatterichten Landkröte ſind, hingegen in beſſerer Ordnung ſtehen. Die untere Fläche iſt ganz hell weißlichtgrau und ſpielet dabey ein wenig in das Olivenfarbe. An den Seiten dieſer untern Fläche zeigen ſich in ſelbiger verſchiedene olivengrüne Flecken, dergleichen zwar auch untenher zu ſehen; an den Seiten aber ſind ſie gröſſer und dunkler. Dieſe beede Flächen ſind durch einen ungleich breiten, hellen und röthlichtgelben, auch vielmals geſchwungenen und ausgekerbten Seitenſtreif von einander unterſchieden, der ſich vom Aug an bis zu dem hintern Schenkel, an jeder Seite erſtrecket, und untenher, im dunkeln Grund, mit einigen groſſen, röthlichten Warzen unordentlich beſetzet iſt. Eben dergleichen, aber etwas hellere Warzen, ſtehen auf einem Klumpen hinter den Augen beyſammen, wo bey der blatterichten Landkröte die beeden Wülſte befindlich ſind, und gegen den Winkel des Mundes ſind ebenfalls einige groſſe, hellfleiſchfarbe Warzen ſo nahe beyſammen zu ſehen, als ob ſie aneinander hiengen. Die vier Schenkel führen bis an den Fus eine faſt eben ſo helle Grundfarbe, wie die Unterfläche des Leibes, in ſelbiger aber zeigen ſich viele dunkle, olivenfarbe Querflecken von verſchiedener Gröſſe und Form, dergleichen auch um den Mund herum ſtehen. Die äuſſerſten Spitzen der Zehen an allen vier Füſſen, ſind bey einigen ſolchen Kröten röthlichtbraun, bey einigen aber auch mehr ſchwarz.

Die Nahrung dieſer Kröte beſtehet aus verſchiedenen Inſecten, wovon ſich, wie bereits mehrmalen gemeldet worden, auch die übrigen Arten nähren. Dieſen pfleget ſie nur des Nachts nachzugehen: denn den Tag über bleibet ſie, wie den ganzen Winter hindurch, in ihren Schlupfwinkeln verborgen, welche ſie ſich in alten Mauern und Steinritzen, oder auch in den Anhöhen und Hügeln in der Erde ſuchet, und worinnen man, ſonderlich aber im Gemäuer, manchmalen zehen bis zwanzig derſelben beyſammen antrift. Dieſer ihr Aufenthalt iſt zuweilen, wohl über drey Schuh hoch, in einer ſenkrechten Mauer, eine Ritze oder Kluft zwiſchen den Steinen, und da habe ich mich öfters gewundert, wie doch dieſe Kröte ſo hoch hinauf kommen könne, zumalen da ſie nicht, gleich andern, ſpringen kan; endlich aber wurde ich ſolches von ungefähr, mit anbrechendem Morgen

http://rcin.org.pl

descendendum ipsis erat ratione. Neque deest pedibus ipsorum necessaria eum in finem structura, quatenus enim digitorum pedum apices nigri fusciue sunt, corneam habent duritiem, atque adeo ipsorum non possunt non juuare reptatum; in anteriorum vero pedum vola, bina eminent ossea tubercula, quae, ceu 3. monstrat *icon*, pallide carnei sunt coloris, veraque sunt ossa, cum reliquis ossibus propriorum ligamentorum ope nexa, id quod sceleton bufonis nostri clarius ostendet. Adhaeresçit buso hic inferiore superficie sua, quam minores pustulae continue humectant, rectum ad murum, dum aerem hunc inter corpusque suum, propiore accessu, arcet, atque hinc ab aere ambiente ita ad murum apprimitur, vt aliquamdiu ex eo pendeat, aeque ac rana arborea laeui ex vitro pendet, id quod similiter aeris pressioni, nec soli cutis glutini, quemadmodum quidem in historia ejusdem diximus, adscribendum est.

Extra generationis tempus, nullae quidem adsunt notae externae, genus indicantes: tum enim prorsus similis est masculus foemellae; ipso vero illo tempore noscitur masculus, non solum ex graciliore corpore crurumque anteriorum crassitudine, sed etiam ex eorundem crurum pollicibus pedum; hi quippe tum nigram scabramque habent maculam, vt rana fusca terrestris, sed minorem, ceu 2. *icon* ad *a* docet, quae tamen, hoc non obstante, ipso in coitu, masculum juuat, vt foemellam firmiore stringere possit complexu.

Celebrant Iunio mense coitum, quo rana quoque aquatica viridis coire solet; quum contra bufo, dorso tuberculis exasperato, binis tribusue mensibus prius opus hoc aggrediatur. Congregant se hoc tempore, post solis occasum, bufones nostri terrestres foetidique, iis in aquis stagnantibus, quae ad ripas vadosae, nec non herbis et arundinetis circumdatae sunt. Morantur ibidem omni illo tempore quo generationi operam dant, multoque clamore amoribus suis indulgent. Imitantur autem ranae arboreae fere clamorem, atque hunc masculi tantum edunt, simulque, ceu rana modo dicta, gulam ita inflant, vt saccum aere plenum referat, qui dilute coerulei est coloris neque, vt in rana arborea, ad os vsque pertingit, atque adeo ipsis in faucibus prope oesophagum hiat. Clamant equidem jam Majo mense, si calidiores fuerint noctes, ast coitum eo ipso tempore nondum exercent.

Ipso in coitu amplectitur masculus foemellam eadem fere ratione, ac bufo terrestris, quem, hoc in opere, primum descripsi, non tamen adigit pollices suos in foemellae

